
ANDREAE THVRINI PISCIENSIS, ME DICI APOSTOLICI, AD MAT- THAEVM CVRTIVM TICI NEN. DE VENA IN CV RATIONE PLEVRI TIDOS INCI- DENDA.



SECVNDA IMPRESSIO.

ANDREAS THVRINVS PISCIEN. PHYSICVS MATTHAEO CVRTIO HIPPOCRATI/CAE FACVLTATIS PRIMARIO SE COMMENDAT ET S.D.



Væstionem de loco incisionis uenæ in Pleuritico morbo, quam, te dictante. Auditores (ut scribis) ad amussim, diligētissimeq; exceperunt, sæpe cum maxima iucunditate plegi, erat enim & sapientiæ, & claritatis abundās. Et, licet ualidissimis tum authoritatibus, tū rationibus sit opinio tua ualata, quod primum est sapiētis opus, non mentiri, non tamen eo caret opere sapientis, quod est, mētientem posse manifestare. Firmissima enim fundamenta ponis, quibus Medicorum cohors, & practicantium phalanx opinionem tuæ oppositam erigit. Quæ tamen inualida, & corruentia demonstras. Non potui tamen calamum continere, & contrariam opinionem iandiu erectam, & usu confirmatam non defendere, nō ut tibi physicorum fulgentissimo, & eminentissimo, & amicorum optimo contradicerem, do enim tibi in hac facultate libentissime manus, & herbam. Non etiam ad scribēdum me impulit mundi gloria, & ut nostri temporis medici a fonte meo nouam aquam hauriant. Iandiu enim nō solum iuniores, & recentiores Medici, sed uetustissimi sapientes etiam hāc, quam scribemus opinionem, copiosissime agnouerunt. Sed ob hāc causam calamum sumpsi, ut hac mea oppositione ueritas elucescat magis, & tu ad altiora scribenda accendaris, ut tua præclara uirtus iam omnibus manifesta indies clarior euadat. Et, ne (cum lōgam sim disputationē facturus) longissimo utar procemio, iam in certamen descēdo.

¶ Nulli dubium esse debet mi Curti in operibus medicinæ Galeni inuentam esse illam iandiu uulgatam diuisionem, uidelicet in Apostemate per modum fluxus generando, de hoc enim Apostematum genere semper noster habendus est sermo, duplicem esse humorē, alterum, qui fluens est, alterū quoque, qui fluxit. Galenus enim ī compluribus locis id testamento reliquit. Secūdo enim de arte curatiua libro dixit. Fluē/

tium igitur humorum, retractio. Sic enim Hippocrates *nominat, corũ autem, qui iam membrum obsederũt, deriuatio medela est. Et infra eo dem libro dixit. Sic enim & aliud quodlibet patiens membrum incidi/ mus, si non amplius humores influant. Tũc enim magis irritaueris, & malum duplaueris, Sed quando iam totum corpus expurgatum fuerit, neque iam aliud influit, aliquid uero, quod pridie influxerat, in mem bro continetur. Hæc Galenus. Idem etiam patet intuenti de* Phlebotoмia *libellum, cum dixit. Nam in incipientibus quidem prohibere opor tet, quod influit, in antiquatis uero euacuare, quod inuncatum est in patiente particula. Galeni itaq; sententia iam clara est, in* Apostemate *uidelicet generando, dum perfectam absolutionẽ non habet, duos esse humores, quos prudens medicus considerare debet.* Alterum, *qui iam fluxit, alterum, qui fluxurus est, &* Apostema *augmentaturus.*

¶ *Ducatur etiam ulterius sermo noster, & dicamus* Galenum *scriptis suis reliquisse, quod duplici existente hoc humore, & medicum duplicẽ habiturum solicitudinem, alteram quidem circa fluẽtem humorem, quã præuisiuam nominat, alteram circa eum, qui fluxit, quam curatiuam appellat, hoc enim facile patet intuẽti librum de ingenio sanitatis. xiii. hoc modo docentem. Phlegmones uero, quæ adhuc in generatione est, duplex indicatio est, ueluti in reliquis morbis omnibus, quicũque in gi gnendo adhuc sunt, nec dum absolutionem sunt nacti. Nam quod eo/ rum genitũ iam est, id medicinæ artis parti, quæ morbos curat, subijci/ tur, quod in generatione adhuc est, parti, quæ futurum morbum præ/ cauet. Atque iccirco diximus non simpliecem, sed compositam esse totã de his ægritudinibus, quæ in generatione adhuc sunt, medentis solicitu dinem, ex ea scilicet, quæ prouidet, & ea, quæ curat, Hæc Galenus.*

¶ *Dicantur etiam a nobis quæ Galeni menti sunt conformia, uidelicet quod duplici existente hac tota medentis medici solicitudine, ea, quæ præuisiua est, quæ fluentem humorem intuetur, prius usui mandatur, q̃ ea, quæ curatiua dicitur, quæ humorem, qui fluxit, suspicit. Subscri/ psit enim huic sententie Galenus eoden citato prius libro, cum dixit.* Nunc *ad sermonem de* Phlegmone *reuersi dicamus, communem omni um* Phlegmonarum *curationis indicationem esse uacuationem, quæ ue ro adhuc in generatione sunt, prior uacuatione est cõfluẽtis ad affectũ locum sanguinis inhibitio. Inhibetur autem humor confluens, dicebat* Galenus, *remouendo causam, quæ aliquando est in parte læsa, ut cum pars affecta est calidior facta, uel dolore urgetur.* Aliquando *uero non*

ex ipsa

ex ipsa parte oritur fluxionis causa; sed in alia, alijsue locis ab affecta parte, quando ex alia aliqua particula, aut toto corpore superfluũ illi transmittitur, Et parũ infra subdit, His igitur omnibus *æstimatis, quæ in phlegmone adhuc in generatione sunt, earum causas prius abscindes, quæ uero iam factæ sunt, has utiq; curabis solas*. Eandemq; protulit sententiam ipsemet. iii. Artis paruæ, *cum scripsit*. Ad *hæc igitur ambo, scilicet ut recurrat humor, & ut pars affecta euacuari possit, totum corpus euacuare oportet, aut omnino ad contraria loca retrahere, quod patienti particulæ influit, quo perfecto opere, prius a parte repellendum, mox dispergendum, quanto enim per minora fit, tanto expeditior est euacuatio*. in quo loco Galenus *manifeste p̃us p̃cepit diuersionẽ ad contrariũ, quo perfecto opere, cõcessit euacuationẽ a parte læsa*.

¶ Nec silentio pertransibo, q̃d *liber de* Arte *curatiua docuit, duplicem uidelicet esse medelam duorum humorum, eius uidelicet, qui influit, medela est retractio, eius uero, qui fluxit, deriuatio medela est*. Hunc enim *locum superius citauimus, qui etiam locus nos admonet, deriuationem humoris, qui fluxit, fieri per euacuationem factam secundum rectitudinem patientis particulæ, quam* Hippocra. *Cathesim appellat, retractionem uero ad contrarium fieri, quod non solum locus ille demonstrat, sed* Galeni *uolumina copiose declarant. xiii. enim* Therapeuticæ *dixit commune præceptum in omnibus talibus esse in contrarium auersionis, & infra dixit, siquidem longissime a tentata fluxione parte auellere, nequaquam ad eam trahere oportet, & infra dixit, generandis autem adhuc uitijs minime his membris, quæ laborare incipiunt, sed, quæ continuata his sunt*. Cucurbitula *imponi debebit auellendi in cõtrarium causa*. Et *infra dixit*. Sic *& omne aliud sanguinis profluuiũ ad contrarium per communes uenas auertimus*. Et in. v. de Ingenio, *& tractatu de antispasi loquens de retractione, semper in contrarium facit, ut, si a dextra retrahere uoluero in sinistram, hoc agam, & econtrario*. Et, *si a sursum in deorsum, & ecõtrario, & si ab ante retro, & econtrario, & si ab intus extra, & econtrario*. Rationem etiam huic *sententiæ suffragantem adduxit, quia si ad locum, & particulam patientem humorem fluẽtem traxeris, malum duplaueris*. Vsui etiam mãdauit, *quod ipse maxime liber de* Arte *curatiua secundus demonstrat, cum dixit, in locis muliebribus in cõtrarium trahes, si eas, quæ in cubito sunt, secueris uenas, aut mamillis* Cucurbitulas *appositeris, uel manus concalfeceris, & fricueris, atq; alligaueris*. Quis enim est, qui ne-

fiat & cubitum, & mammillas, & manus i superioribus partibus ad loca muliebria contrarietatem habere, eam uidelicet, quae secũdum superius, & inferius nũcupatur. Nec etiam tacebo hoc duplex opus, *retractionem scilicet, & deriuationem fieri per uenas communes, & coniuges particulae patienti.* Frustra enim retrahere conabimur humorem *a laesa parte, nisi id per uenas cum laeso loco communionem habentes, atq; ei coniunctas fecerimus.* Eodem modo, *nisi per has, deriuare materiam a patiente particula non poterimus.* Adstipulatur etiam huic sententiae Galenus *loco prius citato, cum dixit.* Vtrũq; autem *euacuationis genus per communes uenas fit.*

¶ In medium *autem afferre utile duxi.* Retractionem, *eam dico, quae per sanguinis missionem fit, non solum priorem esse deriuatiua euacuatione, sed multo tempore etiam praecedere, quãdo sola ipsa intendatur.* Hoc nos monuit Galenus *libello de* Phlebotomia, *cum dixit.* Super *ablationis uero deinceps tempus, in quibus euacuare quidem semper uolucrimus, etiam eodẽ die fiat, in quibus uero antispare etsi utique duobus eis, qui deinceps, diebus fiat, melius est.* Retractio *igitur fluẽtis humoris, cum sola quaeritur, tempore praecedit deriuatiuam euacuationem, & per diem unum, uel plures.*

¶ Illud *etiam memoriae mandandum est, quod* Galenus *in libro de* Venae *incisione saepius meminit, utrũque scilicet euacuationis genus, & retractionis, & deriuationis fieri debere a* Vena, *quae est secundum rectitudinem patientis particulae, ex hac enim melior, & expeditior habetur tum retractio, tum deriuatio, & hoc est, quod* Arabs *dixit, retractionem fieri debere per unam diametrum, non per duas, infamauit enĩ* Galenus, *Si oculo dextro patiente ophthalmiam, fiat* Phlebotomia *in* Cephalica *sinistra, & econtrario,* Et *in* Apostemate Hepatis *laudarũt* Hippocrates, & Galenus *iudicium factum per narem dextram, non p sinistram, & in* Apostemate Splenis *iudicium factum ex sinistra, nõ ex dextra, commendant enim tum naturae, tum artis retractionem, si ea fiat secundum rectitudinem patientis particulae, quae tantum erit secundum unam diametrum,* Damnant *autem, quae non secundum rectitudinem, sed per duas diametros fit, asserẽte* Galeno *quod talis nihil iuuat, uel & nocet quandoque in dissoluendo uirtutẽ, absque quod passionem leuet, quem forte locum olfaciens* Princeps, *cumque consideráti placuisset sententia, quod uidelicet incisio uenae siue in retractione, siue in deriuatione melior, & expeditior est ea, quae secundum rectitudinem*

din em

dinem particulæ patientis, conuertit se ad incidendam Saphenam in lã teris Apostemate, ex eodem tamẽ latere cum eo, In ea enim uidetur cõ trarietas secundum superius & inferius, quod requirit retractio, & est secundum rectitudinem, quod appetit expeditior, & melior euacuã tio. Licet itaque Galenus nũquam sermonem fecerit de Saphena, eius tamen sententijs non repugnat, Sed forte magis ex illis sequi, & colligi uidetur.

¶ *Nec silebo, quæ Galenus ex Hippocratis placitis in quarto de ingenio, capite. vi. in ulceribus enarrauit. Diuersis scilicet temporibus fluxionis humoris accommodari retractionem & deriuationẽ, Cum enĩ docuit secundum Hippocratis mandata retractionem fieri ad cõtrariũ, deriuationem ad latus, subiunxit quo tempore auersio facieñda, & quo modo, & dixit. Quare nunc quoque, si etiam num fluxio ualenter irruat, reuellere ad contraria studebimus utique, si in supioribus ulcus consistat, per infima purgantes. Sin autem in inferioribus sit, superiorem uenam uacuantes. Deinde subiunxit quo tempore, & quomodo facienda est deriuatio, & dixit. At, si iam fluxio restitit, atque in membro inhæsit. deriuare per uicina magis expedit, Cum in propinquiore translatio fit, & purganti medicamento promptior tum accessus, tum attractus e uicino detur. Et paulo infra idem referens dixit. At, si perpetuum est, quod ab Hippocrate didicimus incipientem fluxionem ad contrarium trahendam esse, fixam uero iam in laborante particula uacuandam esse, uel ab ipsa particula, quæ affligitur, uel a maxime uicina, in promptu nobis & de sanguinis detractione colligere nunc est, quod ĩ principio hæc e longinquo, postea ab ipsis exulceratis partibus sit emolienda, Hæc Galenus, Patet itaq; aliud faciendum esse in principio, quia diuersio ad contrarium, & aliud post principium, ut tempore status, quia deriuatio ad latus. Patrocinatur huic sententiæ textus Galeni in libro de Phlebotomia summa. ii. capite. vi. Cũ dixit. In summa tamen dicendum est, quoniam incipientes quidem phlegmonas antispastice conuenit euacuare, diuturnas uero ex ipsis, si possibile fuerit, patientibus membris, Si uero nõ, ex proximis eis, & reddit causam huius dicens. Incipientibus quidem, prohibere oportet, quod influit, in antiquatis uero euacuare, quod incuneatum est in patiente particula, & dans modum dicit, quod euacuabitur, hoc autem optime per copulatas uenas eis, quæ in ipsa, & dicit, quod ratio, & experiẽtia attestatur huic, & exemplum sumens ab experientia dicit, quod in Phlegmo-*

ne, quæ secūdum Pharyngem, in principio quidem Phlebotomia, quæ secundū cubitum, post eam uero, quæ ab ipsa lingua, auxiliatur multum, incisis ambabus, quæ sub ipsa, uenis. In quo exemplo primo ponitur Phlebotomia diuersiua secundum cubitum, & post deriuatiua secundum uenas linguæ, quæ in diuersis temporibus fiunt.

¶ *Hæc puto sufficere in firmanda communi Medicorum sententia iuxta Græcorum opinionem Hippocratis, & Galeni. Nunc uero quis sit Arabum assensus, & quæ communis Practicantium sententia dicere omitto dicturus tamē de Arabum opinione, pertractata ea, quæ Græcorum, Quæ uero communis sit opinio, quia omnibus nota, relinquetur, Solum in testimonium mei iudicij adducam Rabbi Moysen, & in fauorem practicātium, quæ Celsus scripsit. Dico itaque Rabbi Moysen in. xxv. particula suorum Aphorismorum, Galeni, & Hippocratis sententiam sub hac uerborum serie promulgasse, Galenus probauit ī pluribus locis, quod materiæ Apostematum calidorum in principio sui fluxus, & tempore augmenti, & status sunt extrahendæ per oppositum, & diuersum, & statu completo, & humore non fluēte in membrum, inueterato ibi, & in lapidem conuerso, extrahendæ sunt per idem membrum repletum, si fuerit possibile, uel per membra proxima magis sibi, & de hac radice satis Galenus, & Hippocrates sunt locuti, & hoc sanum est, & supra hanc radicem ars medicinæ totaliter est fundata, & ipsius utilitas experimento monstratur, & per hanc radicem ualde utilem præcepit Galenus Phlebotomare in fortibus ægritudinibus oculorum, Synanche, & similibus uenam Cephalicam in principio, & ipsis ægritudinibus prolongatis, & Apostematibus in lapidem cōuersis, seu retentis cum membro, & confirmatis Galenus præcepit in ægritudinibus oculorum Phlebotomari uenā superioris anguli oculi, uel uenam frontis, seu uenas, quæ sunt post aures, & in apostematibus gutturis, & uuularum, uenas, quæ sunt sub lingua, & hoc manifeste sanum est. Hæc Rabbi Moyses.*

¶ *Vsum etiam communiter practicantium uidetur cōfirmare Cornelius Celsus inter latinos apprime doctus, qui libro suo. ii. capite. ix. dixit. Nec ignoro quosdam dicere, q̄ longissime sanguinem inde, ubi lædit, esse mittendum. Sic enim auerti materiæ cursum, at illo modo in id ipsum, quod grauat, euocari. Sed id ipsum falsum est, proximum enim locū primo exhaurit, ex ulterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur, ubi is suppressus est, quia non trahitur, nec uenit*

quidem

quidem, Videtur tamen usus ipse docuisse, si caput fractum est, ex brachio potius sanguinem mittendum esse, si quod in humero uitium est, ex altero brachio, credo quia si quid parum cesserit, opportuniores hæ partes iniuriæ sunt, q̃ quæ iam male habent. Hæc Celsus.

¶ Non etiam silentio prætermittam gloriosissimũ Auerezoar, qui huic fauet opinioni, cui debetur corona in medicina, uixit enim. cxxxv. annos, & . xl. suæ ætatis anno mederi cœpit, & mortuus est cum bono intellectu, ut dixit Auerroes. Is. n. libro primo sui Theizir tractatu. xvi. ca. iii. in cap. de pleuritide dixit. Et cura huius est phlebotomare infirmum ex Basilica brachij oppositi, q̃uis quibusdam nouis medicis nostri temporis uideatur, q̃d sit minuendus ex ea parte ægritudinis, inducendo super hoc uerba logicalia, & sophistica, quod mihi nullatenus uidetur rationabile, neque uerum, immo credo certissime, q̃d facere illud omnino est mors infirmi.

¶ Nunc autem mi Curti ad ea me conuerto, quæ scripta sunt, & te legente ad unguem, ut scribis, excepta, in quibus hanc asseris conclusionem, In omni pleuritide in principio, corpore existẽte pleno, fieri debet phlebotomia ex Basilica lateris dolentis, hanc conclusionẽ conaris munire clarissimis Hippocratis authoritatibus in hunc modum, Hippocrates. ii. Re. acutorum textu. x. dixit. Cum dolor ascẽdit ad furculas, aut grauitas fit circa brachiũ, uel mammillam, aut pectus, quæ sunt supra septum transuersum, phlebotomanda est Basilica, & in. iiii. re. acutorum, textu. lxviii. dixit, incidere oportet uenam, quæ intus ad qualescunq; partium fuerit, secundum hanc, siue secundum Copi traductionem, ab eo latere, quod dolore fuerit affectum.

¶ His uir eximie facile respondemus asserentes Hippocratem docere uenam, quæ incidenda est in actu curatiuo, & non quæ incidenda est in actu præseruatiuo, harum prima respicit materiã, quæ fluxit siue in totum, siue in partem, & hæc debet nõ in principio fieri, sed in statu, & per rectitudinem patientis particulæ, & hæc est euacuatio, quam deriuatiuam uocant Hippocrates, & Gal. quæ humorem, qui fluxit, intuetur. Venæ autem incisionẽ, quæ ad artem pertinet, quæ præseruatiua dicitur, quæ fit in principio, & ad partem contrariã particulæ patiẽti, & respectu humoris, qui actu fluit, quam Hippocrates retractionẽ uocat, ipse, ut breuiloquus, omisit, quia non intendebat dare præcepta, nisi ea, quæ ad artem pertinẽt curatiuam, cuiusmodi nõ est diuersiua, sed deriuatiua phlebotomia, hanc nostram sententiam docet Hippo-

*crates, & ratio, & opinio tua huic adminiculatur. Hippocrates cũ p̃/
cepit textu.xi.qđ, dolore descẽdẽte ad Hypochondria, detur pharma
cia, nõ eã intellexit dandã in principio, sed in statu, ut clare paulopost
dicemus, & sic posuit remediũ illi generi pleuritidis, quod ad artẽ p̃ti/
net curatiuã, & Phlebotomia, q̃ fit in principio in omni inflãmatione,
ut clare etiã inferius dicemus, p̃supponitur, Et illa est Phlebotomia di
uersiua, ut modus curandi pleuritin apud placita Hippocratis euadat
in hãc formã. In principio iflãmationis cuiuslibet fiat Phlebotomia, &
ad cõtrariũ, Phlebotomiæ autẽ in qualibet inflãmatione faciẽdæ memi
nit.iiii.re.autorũ, textu.xix.ut dicetur infra, &, quod fiat hæc ad cõ
trariũ, meminit.iiii.Therapeuticæ, capite.vi.post uero, cũ ad statum
p̃uenerit inflãmatio, distinguit Hippo. Si descẽdat ad Hypocõdria, de
tur pharmacũ, si uero ascendat, fiat Phlebotomia ex eodem latere, ut
pharmacia, & Phlebotomia euacuẽt tẽpore status p eã partẽ, ad quã
inclinauit humor, ut fiat facilior, & magis expedita euacuatio. Ergo sa
tis patet Hippo. hic loqui de pharmacia, & Phlebotomia, q̃ tpe status
cõueniũt, quæ euacuatio nõ diuersiua, sed deriuatiua dicitur.*

¶ Itẽ Phlebotomia, quã p̃cepit, Hippo. est simpliciter ad latus, cũ nul/
la cõtrarietas cadat inter particulã patiẽtẽ, & uenã, p quã fit euacua/
tio, ergo est deriuatiua, & deductiua sola, patet per Hippo. ut cũ citat
Galenus.iiii.de ingenio capite.vi.dicens, qđ Hippo. iussit nos auerte/
re ad cõtrariũ, deriuare uero ad latus, Sed deriuatio est medela humo
ris, q fluxit, ut in lib. de arte curatiua citauimus, & est medela, q̃n flu/
xio restitit, ut.iiii. de ingenio cap.vi.etiã monuimus, Sed deriuatio,
& deductio humoris, q fluxit, & q̃n fluxio restitit, nõ fit in principio,
sed in statu. Ergo Phlebotomia, quã hic p̃cepit Hipp. nõ est ea, q̃ fit in
principio, sed ea, quæ fit in statu, & quæ ad artem p̃tinet curatiuã.

¶ Itẽ, si Hippo. præcepit Phlebotomiã in pleuritide, q̃n dolor ascendit
ad furculas, ut euacuet p partẽ, ad quã inclinat humor, ergo p illam
Phlebotomiã humor nõ diuertitur a loco læso, ad quẽ mouetur, sed de
ducitur p eundẽ locũ, ad quẽ inclinat, Ergo illa Phlebotomia nõ est di
uersiua, sed deriuatiua, Ergo nõ fit in principio, sed in statu.

¶ Etiã ratio hoc idẽ uult. Nã aut Hippo. loquitur de retractiua eua/
cuatione, aut de deriuatiua, Si de deriuatiua, habeo intẽtũ, Si de deri
uatiua nõ intelligit Hippo. sed de retractiua, aut, si tibi magis placue/
rit, de retractiua, & deriuatiua simul, hoc (iquã) dici nõ põt, cũ ubiq;
retractiua ad contrarium fieri includat, Sed, cum A posteuis fuerit in

dextro

dextro latere, & uena dextri lateris inciditur, inter particulã patiẽtẽ; & locũ, ꝑ quẽ fit euacuatio, nulla reperitur cõtrarietas. Cõcludendum itaq; est, qđ de deriuatiua sermo ab Hipp. habetur, q̃ non a principio, sed in statu, ut dictũ est administratur.

¶ Suffragatur etiã huic nostræ opinioni id, qđ infra a te dicitur, nã, cũ Rasis Phlebotomiã ꝓcepit ex eodẽ latere, & maxime in cholericis, & nullã fecerat mentionẽ Saphenæ, dicis Rasim locutũ fuisse de missione sanguinis solũ deriuatiua, atq; euacuatiua humoris, q iã fluxit, & nõ de diuersiua, siue retractiua, Cur mihi nõ licet in expositione literæ Hippocratis, cũ dixit, fiat Phlebotomia ex Basilica ex eodẽ latere, qđ dolore affectum est, dicere qđ solum de deriuatiua intellexit, & nõ de diuersiua, sicut & Rasim in simili scriptura intellexisse refers, Si autẽ tu idẽ in utroq; intellexisses, & uerã Hippocratis sentẽtiã adduxisses, nec Arabes a Græcis sapientiss. & eorũ magistris differre dixisses. Sed nos Arabũ opiniones, qđ Græcis cõsentiãt qđq; ab eis nõ discrepẽt, facile, cũ tẽpus erit, manifestabimus. Patet itaq; tum Hippocratis authoritate, tum ratione, tum dictis tuis uerũ esse, quod diximus, hãc scilicet sanguinis missionẽ, quã Hipp. ꝓcepit, eã esse, q̃ deriuatiua dicitur, nõ eã, q̃ retractiua. siue diuersiua nuncupatur, & hãc esse primã, & solã Phlebotomiã, quã Hippo. in arte curatiua scriptis suis reliquit.

¶ Quod uero ulterius obijcis, facile dissoluitur, inquis. n. tu, Hippocrates. ii. re. acutorum textu. xi. dixit. Si dolor declinat ad loca sub Diaphragmate, facienda est euacuatio cum pharmaco, & non cum phlebotomia; Sit igitur, dicis tu, pleuritis dextri lateris, in qua dolor declinet ad loca, quæ sunt sub Diaphragmate, euacuatio facta cum pharmaco trahit materiam per Hepar, ergo euacuat per eandem partem, non per partem oppositam, ergo eodem modo debet fieri phlebotomia, quæ per idem latus euacuet.

¶ Dic quæso mi Curti, si dolor, & Apostema essent in parte sinistra, descenderentq;, & declinarent ad loca sub Diaphragmate, dares ne pharmacum secundum Hipporatis sententiã? Certum est, qđ dares, Sed per te, & ueritatem materia cum pharmaco educenda traheretur per Hepar, ergo tu administrares pharmaciam trahẽtem ad oppositũ, ergo, si sanguinis missio facienda esset, fieret ad oppositum. Si mihi respondebis, ego & tibi responsum afferam.

¶ Sed ne uidear difficultatẽ effugere, quam forte tu reputas Achillem, dico, qđ intentio Hippocratis, cum exhibuit pharmacum, aut fuit ad

euacuandũ materiam actu facientem Apostema, & quæ iam fluxit, & hoc minime potuit in principio fieri, cum uetuerit.iiii.re.acutorũ textu xix.dicens. Qui statim inter initia morbi inflãmationes medicamẽto sol uere conantur, hi a distenta, inflãmataq; parte nihil auferunt, affectus uero, utpote crudus, nõ remittitur, ac partes sanæ colliquescunt. Quo circa morbus imbecillũ corpus uincens curationi nõ obedit, Hæc Hippo crates, Cui sentẽtiæ subscripsit Princeps.iiii.primi capite.iii.in hũc mo dũ. Cũ autẽ humor fuerit in mẽbro cõprehẽsus, nullo modo moueatur, donec maturetur, & essentiã habeat tẽperatã, quam tu sciuisti in loco suo, hæc Princeps. Ex his patere potest hoc tale pharmacum p̃ceptũ ab Hippocrate ratione humoris actu faciẽtis Apostema, nõ potuisse dari in principio, sed in statu, & materia digesta. Et, cũ tu arguis, ergo eodẽ modo debet fieri phlebotomia q̃ per idẽ latus euacuet, cõcedo in statu, & nõ in principio, qa in tali tẽpore status debet fieri phlebotomia ad euacuandũ materiã, q̃ fluxit, q̃ p deriuatiuã phlebotomiã euacuatur, q̃ fit secũdũ rectitudinẽ patiẽtis lateris, si uero hoc pharmacũ Hippocra tes dedit ad euacuandũ materiã antecedentẽ, ut q̃ a stomacho, & He pate uadit, & attrahitur ad loca sub costis mendosis, tunc poterit dari hoc pharmacũ in principio, qa ad diuertẽdũ. Sed talis euacuatio est di uersiua, cũ ad contrariã partẽ transmittatur materia, qa, ubi fluxura erat ab Hepate ad loca sub costis, p pharmacũ administratum retrahe tur ab Hepate uersus intestina p Meseraicas, & sic fiet eius diuersio ad cõtraria, Ergo, si in principio præciperetur uenæ incisio pro materia an tecedente, & fluẽte, illa deberet fieri ad cõtrariũ, & nõ ex eodẽ latere, Licet igitur sit primũ remediũ, qđ Hippocrates adducit, id intelligẽdũ est in actu curatiuo respectu materiæ, quæ fluxit, & nõ in actu p̃serua tiuo, qđ, tanq̃ breuiloquus, reliquit, Qđ si Apostema esset in sinistro, ut in casu, quẽ nos cõstituimus, dicimus, in principio nõ cõuenire phar macũ illud, qa solutiuũ nõ recte administratur ĩ principio respectu hu moris, q fluxit, Sed, si in statu utamur hoc ingenio curãdi, licet trahat ad partẽ oppositã ipsam materiã p Hepar, non tamẽ illo tẽpore utimur hoc solutiuo pharmaco, ut retractiuo, sed ut euacuatiuo p illas partes a natura inuentas, ut per ipsas fieri possit euacuatio talis.

¶ Quod uero de fomẽto adducitur, facile diluitur, Tale.n.auxiliũ fuis se administratũ tentãdi gratia ipsemet Hippocrates refert, cũ dicit, late ris dolorẽ, siue is protinus a principio, siue postea obortus est, nõ ab re fuerit tentare tepidis fomentis dissoluere, Talia autẽ remedia, quibus

tentamus,

tentamus, quocunq; morbi tẽpore afferri possunt, ut ipsemet Hipprocrates in textu protulit. Sed id mihi profecto mirũ uidetur, cũ asseris Medicũ nõ bene posse scire, qñ materia nõ amplius fluit, & sic nõ posse unq̃ scire quid agere deberet, Sed dic (quaeso) cur nõ potest scire tẽpora ipsius Apostematis p indicia, & signa? Et, si sciuerit, cur nõ sciat qd in diuersis tẽporibus diuersimode sit operandũ? profecto sapiẽs Medicus scit, quando materia partim fluxit, ut in principio, & augmento, & quãdo tota fluxit, ut in statu, & sic scit quid agendum.

¶ Cũ uero Hippocratẽ sic distinguentẽ adducis, aut dolor ascendit ad Furculas, aut descẽdit sub Diaphragma, &, si descẽdit, uult nullã esse faciẽdã phlebotomiã, ergo nõ p̃supponit semp factã esse phlebotomiã, Si.n. uellet (inquis) phlebotomiã faciẽdã esse diuersiuã, dolore descẽdente, cõcessisset phlebotomiã eiusdẽ lateris, quã tñ negauit, Sicut.n. (iqs tu) i Apostemate Hepatis phlebotomia eiusdẽ lateris ẽ diuersiua, ita in Pleuritide, qñ dolor descẽdit ad loca sub Diaphragmate.

¶ Miror uir eximie, quomodo ex eo, qd' Hippocrates in tali casu phlebotomiã tacuerit, eã negasse affirmes, Qui.n. tacet, nihil dicit affirmãdo, aut negãdo. Sed, an sit negãda, docuit Hippocra. iiii. re. acutorum textu. xviii. Inflãmata p̃cordia, Septũ trãuersum non ab inclusis flatibus intentũ, arida suspiria, qbus pus non subiret, sed, ubi flatuũ clausura hmõi affectus fiunt, potissimũ uero Iecoris dolores, Lienis grauitas, ac reliquae inflãmationes, itẽ Septi trãsuersi dolores, & morborum cõuersiones solui nõ possunt, si protinus ab initio medicamẽtis curationẽ aggredieris, Nã p̃cipuũ in his, p̃positũ est in primis sanguinẽ detrahere, deinde Clysterẽ exhibere, idq;, si magnus, uehemẽsq; fuerit morbus, Si uero nõ ita fuerit uehemens, medicamento curetur, quod tute, moderateq;, misso prius sanguine, adhibendũ est.

¶ Sed nõne Gal. i cõmẽto, qd' citasti, dixit, oportet ergo, ut caueas cautela uehemẽti ad hoc, ut des medicinã solutiuã, & utare euacuatione p̃prie p phlebotomiã, q̃uis dolor peruenerit ad loca, quae sunt sub Hypochondrijs, Iuuamentũ.n. q̃uis ex ea sit minus, q̃ sit ex solutione, uerũtamẽ fiducia in ea est uehemẽtior, Immo in euacuatione p phlebotomiam nõ cadit aliqd timoris, in solutione autẽ accidit timor multoties, & proprie, cũ nõ fuerit cognitor naturae infirmi, quomodo ergo Gal. nũq̃ cõtradicẽs Hippocrati cõcessit phlebotomiã, si Hippocrates uoluit nullã esse faciendã, cũ etiã Hippocrates in omni tali Apostemate, & omnibus inflãmationibus cõcessit phlebotomiã, & nõ pharmaciã in princi-

pio morbi adducens causam, quã supra diximus, cũ statim subiunxit, Qui.n.inter initia morbi &c; Quod autẽ dictũ est, qđ sicut in Apostemate Hepatis fit diuersiua euacuatio, & phlebotomia ex eodẽ latere, similiter fieri deberet in pleuritide, dicetur infra, ubi hoc pro ratione adducis.

¶ Cũ autẽ Hippocratis opinionẽ ptractauerimus, & sensum uerborũ eius dilucidauerimus, modo deueniẽdũ est ad eas, quas adducis, Galeni authoritates. Cũ autẽ eius, qđ citatur in.xiii.Therapeuticæ, inferius sim copiose mẽtionẽ facturus, ad id tãtũ me cõuertã, quod libello de phlebotomia scriptũ Galenus reliquit, pſertim cũ dixit, At quidẽ deinde & in Pleuriticis, q̃ secundũ rectitudinẽ patiẽtis lateris, phlebotomia iuuamẽ euidẽtissimũ ostẽdit multoties, Quæ uero ex opposita manu, uel parũ, uel omnino post tẽpus. Et infra dixit, doloresq; multoties oculorũ fortissimos infra horã unã sedauit, q̃ secũdũ rectitudinẽ, phlebotomia, humerali uocata uena incisa, hæc Gal. Ista est una de potissimis authoritatibus, & locis, q̃ multos illaqueãt nõ cõsiderãtes Gal. in eo loco nõ ex pposito determinasse, ex quo loco phlebotomãdũ fit in costali morbo. Sed tamẽ id, quod scripsit, si recte fuerit intellectũ, uerum est. Declarat.n.Gal. ex Hippocratis authoritate, qđ phlebotomia facta secũdũ rectitudinẽ patiẽtis lateris maximũ affert iuuamentũ, Vnde siue in euacuatiõe, quæ sola deriuatiua est, siue in ea, quæ & deriuatiua, & retractiua est, semp, ubi possit fieri ex uena secũdũ rectitudinẽ patientis partis, fit melior, & expeditior euacuatio. Phlebotomia autẽ, cuius mẽtionẽ fecit in hoc loco in pleuritide, est deriuatiua; q̃ nõ fit in pncipio, & est ea, q̃ ptinet ad curatiuũ actũ, & in hac nõ est quæstio, qa nullo modo in principio fieri põt; Cũ igitur dixit, se inuenisse iuuamẽtũ maximũ in pleuritide facere phlebotomiã ex uena, q̃ est secũdũ rectitudinẽ patiẽtis lateris, in actu curatiuo intellexit, nec tamẽ tenuit, qđ in opposita parte nõ fieret iuuamẽtũ, licet asseruerit, qđ in ea parte facta phlebotomia parũ iuuat, aut post tẽpus, quia in actu curãdi parũ iuuat illius uenæ incisio, qa humorẽ, q fluxit, nõ euacuat ad extra, licet ipsum ab euacuet. Nec id, qđ dixit eo loco, Gal. dixit se fecisse in principio, ut ponit cõclusio tua. Eodẽ modo soluitur id, qđ dictũ est in ægritudinibus oculorũ, nã stãte suppuratione in dextro oculo, si uena incidatur humeralis, q̃ i dextro brachio est, iuuamẽtũ facit maximũ qa hæc est secũdũ rectitudinẽ patiẽtis particulæ, Si uero in hmõi suppuratione fiat uenæ incisio, q̃ i sinistro est, hæc (iquã) nec iuuat qcq̃, uel post

tẽpus

tẽpus, immo nocet, Quia talis retractio est secũdũ duas diametros, in eã uidelicet, q̃ est secũdũ superius, & inferius, & in eã, q̃ est secũdum dextrũ, & sinistrũ, & hoc modo procedere est error, & hoc est, quod Galenus damnat timens uirtutis dissolutionẽ.

¶ Qđ uero ꝑ aliquorũ respõsione adducis, ut, qđ dicitur secũdũ rectitudinẽ, nõ designet ab eodẽ latere, imo qđ phlebotomia facta ĩ dextro, si Apostema sit in sinistro, dicatur facta secũdũ rectitudinẽ, qa ad latere ad latus est uia recta, ꝑfecto Curti doctissime, ac sapiẽtissime redarguis, & Galenus sententiã, quã adducis, usui mãdauit, p̃sertim in .ii. de arte curatiua dixit. Deriuabis aũt, si eas, quæ in genibus, aut talo, uenas diuiseris, & cucurbitulas coxis applicueris, & crura calfeceris, ac perfricueris, atq; alligaueris, & subdit. Et, si qdẽ in parte dextra locorũ passio fuerit, dextra manu, aut crure detraxeris sanguinẽ, Si uero in sinistra, a manibus, quæ illi in directo sunt, quod ab Hippocrate Cathesim dicitur, hoc ipsum est secundũ rectitudinẽ, Hæc Gal. Quæ itaq; mihi uidentur Græcorũ opinionibus cõsona hæc sunt.

¶ Destructo aũt fundamẽto, quod authoritatibus Hippocratis, & Galeni innitebatur, reliquũ est, ut argumẽtationibus respondeamus, & respõsiones tuas ad ea, q̃ tibi obijcis, ĩfirmemus, Argumẽtaris argumẽto tãtæ efficaciæ, ut multos errare id fecerit. Dicis .n. Idẽ est iudiciũ de Apostemate Hepatis, & pleuritide dextri lateris, in qua dolor descendit ad Hypochondria, & in his duabus ægritudinibus eodẽ modo facienda Phlebotomia, Sed in Apostemate Hepatis facienda est ex Basilica dextri lateris, ergo &c. Qđ si non fit eodem modo faciendum in utroq; casu, assignetur ratio diuersitatis.

¶ Huic rõni primo respõdemus repetẽtes, q̃ tu ĩ authoritate Hippocratis supra adduxisti, uidelicet Hippocratẽ negare phlebotomiã esse faciendã in tali pleuritide, quãdo descẽdit dolor ad Hypochõdria, Si itaq; nulla cõpetit phlebotomia, ut placuit Hippocrati secũdũ tuã sentẽtiã, quomõ ergo est simile iudiciũ in uno casu, sicut in altero, in phlebotomia faciẽda; Qđ si de eo gñe Costalis morbi fiat sermo, q ad Furculas ascẽdit, credo te facile daturũ cãm diuersitatis, qa intẽtione diuertẽdi, phlebotomia ĩ Hepatis Apostemate fiat ex eodẽ dextro latere, nõ aũt ĩ pleuritico morbo, Ista itaq; tua argumẽtatio tuis solis fũdamẽtis ruit, Sed nos q ĩ utroq; pleuritico morbo ascẽdẽte, descẽdẽteq; uenæ incisionẽ cõuenire diximus, rõ hæc maxime angit, & torquet. Sapiẽtũ tñ prius narrata opinione, dicemus, q̃ Galeni decretis nobis uidẽtur cõformia.

¶ Dicunt Sapientes causam diuersitatis esse, quia Hepatis Apostema est magis sanguinis attractiuum, q̃ Pleuræ, aut quia non sit tanta distantia in phlebotomando ex opposito in costali morbo, quãta esset in Hepatis Apostemate, si ex opposito fieret uenæ incisio.

¶ His te opponis dicẽs, q̃d in pleuritide fit maior dolor, & locus etiam pectoris satis calidus plus attrahit, Stat etiã (inquis tu) q̃d Apostema Pleuræ magnũ sit, Hepatis autẽ paruũ, & ita uehementius trahetur materia ĩ pleuritide, q̃ ad Hepar, Secũda ratio diuersitatis a te destruitur hoc pacto, In eadẽ distãtia uidetur esse Hepar, & costæ mẽdosæ, cũ sint immediate, & se inuicẽ contingant, Et sic ratio diuersitatis a Sapientibus assignata, quæ duplex erat, nullo stabili fundamento erigitur. Hæc aũt ratio adeo turbauit Auerroẽ, ut coactus fuerit .vii. colliget dicere Galenũ sibi contradixisse, In sermonibus .n. uniuersalibus scilicet .iii. artis paruæ uidetur uoluisse phlebotomiam debere fieri ex latere opposito, Sed .xiii. Therapeuticæ ex eodem.

¶ Nicolaus Florentinus hanc contradictionẽ sedauit, Ex cuius solutione manifeste apparebit contrariũ eius, q̃d ipse, & Cõciliator dixerant in reddenda causa diuersitatis. Dixit .n. sermone .iiii. tractatu .ii. capite .xxii. sub rub. de Apostematibus membrorũ interiorũ in generali, & præcipue de Apostematibus membrorũ anhelitus, & tu scis, q̃d ĩ Apostematis euacuatione duæ res attenduntur, Vna est euacuatio membrorũ cũ ipso cõmunicantiũ, & alia est, ut fiat declinatio humorũ ad partem contrariã, sicut facit natura, quãdo criticat Apostema Hepatis per fluxũ sanguinis ex nare dextra, eo q̃d ista euacuatio continet oppositionẽ, & cõmunicationẽ, Sed in phlebotomia Basilicæ in Apostematibus Hepatis nõ est nisi una intẽtio propterea, q̃d est in dimensione corporis quæ secundũ latitudinẽ existit, Hepar ergo cũ sit in una extremitate dimensionis latitudinis, necesse est ut phlebotomia fiat per aliam partẽ, scilicet per Basilicã sinistri lateris, quia in ea continetur cõmunicatio, & oppositio, & quando nos intendimus facere euacuationem continentẽ cõmunicationem, & oppositionẽ, tunc iuuãtius est plerũq; trahere materiã, q̃ quando unã ĩtendimus. Solũ ergo, cũ fuerit necesse totũ corpus euacuare, propter huius necessitatem necesse est ambas habere intentiones, Sed, si nobis sufficit unũ solũ membrũ euacuare, tunc una sola sufficit intentio, ideo in maiori parte, quãdo ĩ talibus locis fuerit Apostema, & unã solã intentionem habuerimus, faciemus attractionem remouentem sine euacuatione, & tunc fieri poterit, quãdo mem-

brum

brum euacuatione indiget, & nõ totũ corpus, & põt a'iqñ esse, ut prima intẽtio sit sufficiẽs in aliquo loco, & tũc fit solũ i tẽpore status Apostematis, sicut minutio ex uenis in Synanche facta, Nã, si possumus mẽbrũ propriũ phlebotomare, uel euacuare, cõueniẽs esset, eo qđ nõ sit timẽdus materiæ cursus, Hæc Nicolaus. Sed in capite de Apostemate Hepatis adducit Platearium dicẽtẽ, qđ phlebotomia i principio huius Apostematis fiat de latere sinistro, Et subdit Nicolaus, In hoc autẽ cõsiderãdũ est in canonibus uniuersalibus datis de phlebotomia, Nã stãte plenitudine sanguinis multa, ut frequẽter ab authoribus accipitur, phlebotomandũ est de uena longinqua, ut de Basilica sinistra, uel de nigra, uel de omnibus Saphenis, & deinde perueniendũ est ad phlebotomiã de Basilica dextra, Hæc Nicolaus.

¶ Ex his autẽ, quæ hic uir sapientissimus scripsit, facile colligi põt cõis oium practicantiũ opinio, & qđ ea sit Galeni, & Hippocratis pceptis cõsona, nec etiã Galenũ sibi cõtradicere, ut illi pperã Auerroes iponit Manifeste. n. dicit, qđ, corpore existẽte pleno, phlebotomãda est uena ex opposito latere dextro, uel sinistro, corpore autẽ non existẽte pleno, nõ cõuenit phlebotomia ex latere opposito, sed solũ ex mẽbro patiẽte, & subdit, qđ mẽbrũ patiẽs incidi debet, & phlebotomari tpe status, in quo nõ est timẽdũ de cursu materiæ, In principio uero possunt in opposita parte fieri diuersiones cũ ligaturis, uẽtosis, & hmõi. Sed uideo te iã in cãpũ descẽdere asserẽtẽ, qđ, cũ pleuriticæ morbi cõiter eueniẽtes non sint cũ plenitudine sanguinis, nõ erit faciẽda phlebotomia ex latere opposito in pluribus harũ ægritudinũ, qđ tñ cõis schola practicãtiũ usui mãdat, Rasis. n. cũ scripsit phlebotomãdũ esse ex latere eodẽ, sermonẽ fecisse uidetur in his morbis, q ut plurimũ, & cõiter eueniũt.

¶ Respõdebo hoc (inquã) nõ admitti, qđ plurimæ Pleuritidis ægritudines ueniãt, & cõtingãt, corpore nõ existẽte pleno, & ppter hoc i Pleuritide fieri debeat phlebotomia ex eodẽ latere. Sed hoc ingenue fateor, qđ, siue ægritudines pleuriticæ sint, quæ ut plurimũ eueniũt aut sine plenitudine, ut inquis, aut cũ plenitudine, semp uerũ est, qđ tuis scriptis mãdasti, phlebotomiã fieri debere ex eodẽ latere deriuatiuam, & euacuatiuã, Hoc. n. ad uerificãdũ dicta Rasis, & cõformẽ faciẽdũ Rasim cũ Principe, eius uerbis addidisti. Sed dic (quæso) mi Curti, Si id uerũ est, qđ asseris, uidelicet qđ plurime ægritudines costales eueniãt sine corporis plenitudine adeo, qđ nulla cõpetit p mẽbrũ oppositũ diuersio p phlebotomiã, sed tm̃ mẽbri læsi euacuatio, cur hãc uenæ incisionẽ

nõ facis tpe status, & qñ fluxio restitit, Si.n.nullus est timor de cursu materiæ, cum corpus nõ sit plenũ, & p ligaturas, & uentosas possimus occurrere, cur pcipis phlebotomiã hãc, quã deriuatiuã uocas, siue curatiuã, fieri debere in principio, cum nec Hippocrates, nec Galenus, nec ratio dictet illam posse fieri nisi tempore status?

¶ Ex his itaq; Nicolai dictis apparebit solutio ambiguitatis Auerrois in sermonibus Galeni, Dicet.n. Nicolaus, qđ cũ Gal. ĩ sermonibus uniuersalibus, uidelicet.iii. artis paruæ dixit, diuersionẽ fieri ad cõtrariũ, uerũ dixit, Cũ uero.xiii. Therapeuticæ iussit ĩ Apostematibus Hepates phlebotomiã fieri in latere dextro, nõ de diuersiua, sed de deriuatiua intellexit. Q đ aũt diuersiua phlebotomia fiat ad cõtrariũ, & deriuatiua ex eodẽ, nullã cõtrarietatẽ in se claudit. Idẽ est dicendũ in Apostematibus Splenis, qđ phlebotomãda est Basilica sinistri lateris, intelligẽdo de euacuatione deriuatiua, & nõ de diuersiua. Iste est modus saluãdi cõtradictionẽ apparentẽ in dictis Galeni secũdũ Nicolaũ. Ego uero libẽtissime a te itelligerẽ, quomõ hãc soluis ambiguitatẽ, nisi uelis dictũ Galeni in sermonibus uniuersalibus intelligi, ubi sola intenditur, diuersio tũc fit ad cõtrariũ, Sed in huiusmodi Apostemate Hepatis intẽditur & diuersio, & euacuatio, hunc.n. modũ uideris inferius asserere.

¶ Sed, quæ sit in hac ambiguitate opinio mea, facile dicã, pmissa prius corporis humani diuisione, q̃ posuit Nicolaus sermone.vii. tractatu.v. capite.xii. sub rubrica de his, quæ implent recursum, & extractũ.

¶ Dixit.n. qđ Homo diuiditur secũdũ lõgitudinẽ, p quã est oppositio secundũ inferius, & supius, scđo diuiditur scđm latitudinẽ, scđm q̃ est oppositio scđm dextrũ & sinistrũ, tertio diuiditur scđm pfũditatẽ, scđm q̃ est oppositio scđm ante, & retro, Diuiditur etiã humanũ corpus ĩ tres regiones, ĩn supremã uidelicet, q̃ capitis est supior pars, usq; ad furculã pectoris supiorẽ, Altera uero, q̃ ab hac supiori furcula incipit, & inferiorem pectoris furculã claudit, q̃ media regio nuncupatur, Tertia est, quæ ab hac ĩferiori furcula initium sumit, & usq; ad infima pedum tendit, Hãc etiã corporis diuisionẽ uidetur Gal. cõsentire, quando.iiii. Therapeuticæ capite.vi. dixit, Ventrem aũt hoc loco non solum inferiorem intelligendũ esse, sed etiã superiorẽ, patere cuiuis arbitror, Diuiso nãq;, q inter collũ, & crura est trunco, in duas capacitates maximas, prior sub thorace, secunda sub membrana, quæ Abdomini subtenditur (Peritonæon Græci uocãt) cõtinetur, hæc Gal. Iccirco oculus, si Apostemate laborat, atq; humeralis uena incidatur, dicitur, qđ sit di-

uersio in oppositum, oculo existēte in suprema regiōe], humerali autem uena in media, quæ secundū dimēsionem longitudinis opponuntur. Si uero, patiēte oculo dextro, phlebotomia fiat in brachio sinistro, hæc ue næ incisio duplicem continebit oppositionem, eā scilicet, quæ est a supe riore ad inferius, & eam, quæ est a dextris ad sinistrum, & hoc est facere phlebotomiā in duas diametros, quam nullus Sapientum cōmen/ dat, Sed tam Græcus, quam Arabs damnauit.

¶ Quæritur modo, Hpar, & Splen aut cōtinentur in media regione, aut non, Si continentur in media, ut supra uisus est Nicolaus posuisse, respondēdo tuæ rationi dicemus, cōcedendo idē esse indicium in utroq;, & qđ in utroq; morbo & Hepatis, & costæ phlebotomia deriuatiua fit ex eodem latere, & in statu, Venæ aūt incisio, q̄ retractiua dicitur, & quæ in principio fit, fit ex latere opposito patienti particulæ, Si.n.in eadem cōtinētur regione, & in ea nulla alia est oppositio, nisi ea, quæ est dextri ad sinistrū, & ecōtrario (de ea.n.q̄ est ante, & retro, nulla fit modo cōsideratio) & retractio fit in cōtrariam partem, necessario est in utroq; Apostematum genere, qđ phlebotomia retractiua fiat in sini stro, Apostemate existēte in dextro, Si uero Hepar, & Splen non in me dia continentur regione, sed in infima, tunc dicemus rationē tuā assu/ mere falsum, uidelicet qđ idem sit indicium in Apostemate Hepatis, & costalis morbi in phlebotomiā faciēda, quia phlebotomia retractiua in Hepatis Apostemate, quæ fit in principio, & respectu fluentis humoris, fiet ex Basilica dextri lateris, quæ habet ad Hepar oppositionem per su/ perius, & inferius, Sed in Apostemate Pleuræ, cum locus patiens, & uena incidenda sint in media regione, fiet phlebotomia retractiua in latere opposito secūdum dextrum, & sinistrum. Vtcūq; igitur dicatur, uel qđ Hepar in media regiōe, uel in infima, patet manifeste, uel qđ fal sum assumis in tua argumentatiōne, uel minime cōtra nos cōcludis.

¶ Quid autem senserit Galenus.xiii. Therapeuticæ, ubi curam par/ ticularem ponit Apostematis Hepatis, ingenue dicam, Galenus citato loco proponit casum, uidelicet qđ Iecur iam Phlegmonem contrahere cœperit, & quærit, quæ nam sit eiusmodi commodissima curatio, & in assignanda hac commodissima curatione petit, an corpus totum inani/ tione indigeat, qđ si indigere inuentū sit, alijsq; tū uirtute, tū ætate cō sentientibus, iubet fieri debere phlebotomiā ingens, Ergo pariter tū re uellēdus, tū educēdus, q ad Iecur fluit, sanguis est, iterna in dextro cu bito insecta uena, In quibus uerbis apparet manifeste euacuationem

facta esse retractiuā, & diuersiuā respectu humoris fluētis ad Hepar, q in principio cōueniēs est, & patet ex his q dicta sunt, qđ hæc diuersio ad cōtrariū fit secūdū eā cōtrarietatē, q est a deorsum in sursum.

¶ Et, si dicatur, qđ etiā fit euacuatiua humoris, q fluxit, cum Galenus etiā hoc asserat, cū dixit, tū reuellēdus, tū educēdus, respōdemus, hoc minime Galenū dixisse, qđ intētio fuerit euacuādi humorē, qui fluxit, immo dixit, qđ tū reuellēdus, tū educendus, q ad Iecur fluit, sanguis, & nō dixit, q ad Iecur fluxit, sanguis, Sed id Galenus adiūxit, qa reuulsio, & retractio fieri pōt sine euacuatione p uētosas, frictiones, ligaturas, & huiusmodi, qđ in corpore nō repleto adimpleri debet, potest etiā & cū euacuatiōe diuersio fieri, quod maxime cōuenit, corpore existēte pleno, ut dicebat supius Nicolaus, Scripsit.n.Galenus.xiii. Therapeuticæ distinctione.iii.capite.iii.Mometū omne laborātis Plegmone partis in redūdātis in ipsa sanguinis euacuatione cōsistit, & subdit, Vacuatio autē hoc genus affectorū excogitata est duplex, aut trāslato ad alias partes, q ī ægra cōtinebatur, sanguine, aut foris a corpore expulso, & dixit, satius pfecto est utraq; uti, Et iccirco dixit, tū reuellendus, tū educēdus, Hæc igitur phlebotomia, quā pcipit Galenus, est diuersiua facta in principio, & respectu humoris fluētis, & est secundū diuersum, & oppositū secundū superius, & inferius.

¶ Et, si diceres, pari passu uidentur incedere Iecur, Pectus, Pulmo, & Cor, dicente hoc idē Galeno, cum dixit, ubi Iecur, Pectus, Pulmo, aut Cor sic afficiūtur, internā incidere, respōdemus Galenū loco dicto uelle Iecur, Pectus, Pulmonē, & Cor simili modo incedere quātū ad uenam phlebotomādā, qa semp uena ea inciditur in eorū ægritudinibus, quæ interna dicitur, nec ī eo loco determinauit quā internā uenā, dextrā, an sinistrā, licet in Apostemate Hepatis ad diuertēdū declarauerit eā, quæ in brachio dextro, Nec licet arguere, ergo in ægritudinibus aliorū dictorū mēbrorū phlebotomāda est interna dextra, nec hoc dixit Gale. Iccirco, si diuersionē intēdimus, faciēda est phlebotomia ad contrariū, ut ī Apostemate Hepatis Galenus fecit, Si uero intēdimus deriuatiuā, fiat ex eodē, & secūdū rectitudinē patiētis particulæ, ut docuit Gal.ii. de arte curatiua ad Glauconē. Patet itaq; respōsio tuæ argumētatiōi, qđ nō est idē iudiciū de Apostemate Hepatis, & Pleuræ, cū Hepar sit in infima regione, & Pleura in media, Et licet ī oībus talibus ægritudinibus phlebotometur Basilica, nō tamē semp, & in oībus eadē Basilica dextra, aut sinistra, Et maiorē, & ppinquiorē societatē habet uenæ

nutriētes

nutriẽtes costas mendosas cũ Basilica, q̃ uena Cœle in ortu suo in Hepate cũ illa, Cũ hoc etiã, qđ uenæ nutrientes costas infriores cõtinuãtur cũ uenis nutriẽtibus partẽ pectoris superiorẽ, que in truncum Basilicæ mittit, Et ideo non est idẽ iudiciũ: Et patet solutio apparẽtis contradictionis in dictis Galeni, hic enim in.xiii.Therapeuticæ diuersionẽ facit ad cõtrarium, & non solum erat in eodem latere, quod nullo modo contrarietatem haberet ad particulam patientem. Nunc tempus est ad secundam rationem accedere, quæ talis est.

¶ Apud oẽs, qñ materia fluxerit, cõuenit phlebotomia eiusdem lateris in principio pleuritidis, licet materia nõ fluxerit ad Apostema, fluxit tamen pro magna parte ad latus Apostematis, & loca circunstantia ad Apostema, ut patet ex modo generationis Phlegmones posito a Gal. in textu de tumoribus præter naturã in principio, Et in de mala cõplexione diuersa in principio, &.iii.Technes.clv. Igitur in principio pleuritidis cõuenit phlebotomia eiusdẽ lateris, Idẽ debet esse iudiciũ de materia, quæ fluxit ad Apostema, & q̃ fluxit ad loca circũstantia ad Apostema, Vult.n.Gal. in his locis, qđ, qñ materia fluit ad faciendũ Phlegmonẽ in aliqua determinata parte, prius repleãtur uenæ, & Arteriæ minores ita, ut quæ sensum latebãt sui paruitate, nũc appareant, & post modũ, quãdo nõ poterunt plus cõtinere, exeant humores ad porositates mẽbrorũ, ut faciãt Apostema. Dicitur (inquis tu) ad hãc rõnem fortassis, qđ, licet materia pro parte fluxerit ad loca circũstantia Apostemati, alia tñ adhuc fluit, quæ diuertenda est. Sed cõtra, uenæ circũstantes Apostemati sunt adeo plenæ, ut plus cõtinere non possint, Ergo maius periculũ est de materia ibidẽ existente, ne augeat Apostema, q̃ de materia, q̃ fluit de nouo, Ergo saltẽ nõ solũ est facienda euacuatio, q̃ diuertat, sed etiã, quæ euacuet a loco læso, immo (ut uult Galenus in ii.re.acutorũ textu.x.) quæ plus euacuet a loco læso, q̃ ab aliis ptibus, Talis aũt est Phlebotomia eiusdẽ lateris, nõ lateris oppositi. Hæc sunt, quæ in tui fauorem adducis pro secunda ratione.

¶ Multa in hac ratione tua sapiẽtissime scribis, sed audeas, quæ pro responsione adducantur, Cõcedimus.n. in principio Apostematis ꝑ parte humorẽ fluxisse, & pro maiori parte fluxurũ esse ad loca circunstãtia Apostemati, & qđ periculũ est de materia ibidem existẽte, ne augeat Apostema, Et, cũ tu infers, ergo ipsa est euacuanda, nego cõsequentiã, Cõcedo tñ, qđ ad euitandũ periculũ augmẽti, quod sequi posset, trãsmissa hac materia a uenis in porositates membrorũ, sufficit, qđ fiat ab

euacuatio, uidelicet qđ ab illis locis Apostemati ꝓpinquis attrahatur ad loca alia, & cōtraria particulæ patiētis, p q̃ attractionē inhibetur, ne hmōi humor augeat Apostema, Hæc aūt humoris attractio ibidem circūstātis Apostemati fit p euacuationē sanguinis ī pte cōtraria, Dicebat.n.Galenus.ii.re acu.textu.x.qđ, si nō inueniatur Basilica, & appareat uena nigra, incidatur nigra, hac uero nō apparēte, & manifesta existēte uena Cephalica, ipsa īcidatur post, q̃ scis, qđ euacuatio, ex qbuscūq; locis fiat, attrahit ex toto aīalis corpe, hæc Galenus, Et p hoc idē apparet, qđ euacuatio illius humoris circūstātis Apostemati ī uenis uicinis p incisionē uenæ eiusdē lateris in pncipio, qñ humor fluit, nō est cōueniens, nā tūc maius esset nocumentū, qđ fieret ī attrahendo ex toto corpe ad ptē illā, q̃ iuuamētū euacuatiōis illius humoris, facilius.n. trahitur sanguis p uenā Cœlen a toto corpe, q̃ humores in paruis uenis suppressi, atq; cōculcati in uenā ipsam, Sed, si incisio uenæ fiat ex latere opposito, uacuatur pars illa, & ad ipsam euacuatā trahitur ui uacui humor ille cōtētus in minutis uenulis ad eadē partē, & sic abeuacuamus, Quo pacto ope, patet nō esse piculū, ut Apostema augeatur, qñ eo mō inhibitio fiat, Rō igitur tua nulla est, cū ex eo, qđ ponitur nō sequatur de necessitate faciēdā esse uacuationē illius humoris ab extra p uenæ incisionē. Sed uel hoc faciendū, uel abeuacuādū. Tertio sic īstas.

¶ Natura nūq̃ bene euacuat, nisi ex eodē latere, & ars debet imitari naturā recte opantē, igitur. Prima ꝓpositio habetur ī tex. de Phlebotomia a Gal. doctrina.ii. summa.ii. cap.i. & .iii. de Crisi cap.iii. & ī.ii. tracta. de febribus ad Glauconē. Forte dicetur, qđ euacuatio, q̃ recte fit a natura, est euacuatio, q̃ fit post digestionē in fine ægritudinū, & nos loqmur de euacuatiōe facta ī pncipio ante digestionē, & q̃ est euacuatio diuersiua, Sed istud nihil est, rō.n. quare in fine ægritudinū digesta materia, natura nūq̃ recte euacuat, nisi ex eadē pte, est, qa illa materia cōuenientius & facilius euacuatur ex eadē parte, q̃ ex alia parte opposita, Immo, si fiat euacuatio ex parte opposita, non euacuatur tūc materia peccans, & propterea est mala euacuatio, Cū igitur in principio Pleuritidis nō solum sit intentio nostra diuertere, sed etiā euacuare, & euacuatio longe facilius fiat ex eadem parte, q̃ ex opposita parte, erit Phlebotomia ex eodem latere facienda, & maxime cum Phlebotomia eiusdem lateris plus diuertat, q̃ lateris oppositi.

¶ Hæc tua rō uir clarissime nō claudit ostiū, Cur.n. ꝓhibuit Hippo. in Pleuritico morbo descendēte ad Hypocōdria dari Pharmacū ī pncipio,

si intentio

si intentio in tali morbo descēdēte est & diversio, & evacuatio in ipso principio, Et, cū tu asseris, Natura nūq̄ bene evacuat, nisi ex eodē latere, hoc qdē itelligendū est, qñ natura itendit evacuationē, Si igitur artifex ī opando in pn̄pio Pleuritidis intenderet evacuationē p Phlebotomiā, pfecto ex eodē latere uenā incideret, Sed in Pleuritide in pn̄cipio ītenditur sola diversio, Licet.n.ī A posteriate gñando p modū fluētis humoris tota intentio sit duplex.s.retrahere fluentē humorē, & derivare eū, q fluxit, nō tñ hæc duplex ītentio in uno morbi tpe executioni mādatur, Sed in hmōi morbi tpe, qd principiū nomināt, fluentē humorē retrahit, In statu uero derivat eū, q fluxit, ut in.iiii. de ingenio sanitatis cap.vi.supra diximus Galenū scriptis mādasse ex Hippo. placitis. Qd aūt dictū est, qd uenæ incisio in eodē latere plus divertat, q̄ ea, quæ in opposito fit, in modo dicenda ratione diluadabimus.

¶ *Quarto in subsidiū tuæ opinionis adducitur ratio ista, illa Phlebotomia est facienda in Pleuritide in principio, q̄ plus divertit, sed Phlebotomia eiusdē lateris plus divertit, q̄ phlebotomia lateris oppositi, Ergo &c. Probatur minor, qñ.n.ex fonte magno fluūt rivuli a dextris, & sinistris, si uis, qd rivuli a dextris refluāt ad fontē, oportet evacuare fontē magnū a parte dextra & nō a sinistra, & ecōtrario, Igitur, cum uena Cœle sit, sicut magnus fons, unde uenæ parvæ oriuntur, q̄ sanguinē deferūt ad costas, si uolumus facere, qd ī Pleuritide dextri lateris uenæ dextri lateris refluant ad fontē, oportebit uacuare uenā Cœlen ex parte dextra, & ex cōsequēti ex Basilica dextri lateris erit facienda Phlebotomia, & ita in Pleuritide sinistri lateris ex Basilica sinistra.*

¶ *Hanc tuā rationē mi Curti fateor me non intelligere, & mihi nō fieri uerisimile, quod si uoluero divertere, plus hoc faciā ex eodē latere, q̄ ex opposito, Et omnibus manifestū esset Galenū somniasse, cum dixit, Retractionē fluentis humoris debere fieri ad contrariū, quin etiam, cū dixit, ad longissimam partē, tūc magis delirasse, & maxime, si facilior, & melior sit retractio ad propinquam, quam ad longinquam, Sed cōcedatur & tibi, diversionem copiosiorem fieri ex eodem, quā ex opposito latere, nō tamen, qd infertur, necessario sequitur, Respōdebo.n.cōcesso illo, nō tñ debet fieri retractio ex eodē, q a plus affert nocumenti in attrahendo ex toto corpore, q̄ iuuamenti in evacuando humorē circūstātem Apostemati, Per attractionem.n.ex toto p ipsum truncū fit partis illius repletio, qua repleta existente nō possunt humores existentes ī uenis costas nutrientes ad fontē refluere, ut bene, & optime asseruisti.*

Sed facta uenæ incisione in opposita parte, uacuatur humor illius partis, ad quã euacuationẽ sequitur humoris alterius partis motus ad illam. At manifestũ est, qđ p huiusmodi uenæ incisionẽ nõ trãsmittitur ad partẽ oppositã humor, sed potius, qui in ea est, attrahitur, & fluẽs ad ipsam retrabitur, Nõ dico, qđ humor existens in parte læsa euacuetur, qñ moderata fit euacuatio, sed ab euacuatur. In hac igitur uenæ incisione. s. in parte opposita, si fiat in principio, erit iuuamẽtũ sine nocumẽto, & iǫ hæc in principio potius eligẽda est, q̃ alia eiusdẽ lateris, i qua plus est nocumẽti, q̃ iuuamẽti, & sic patet solutio argumẽti.

¶ Quintã deinde rõnẽ adducis, ut magis firma, cõstãsq; fit opinio tua, ea hæc est, ubi materia fluat ex parte capitis dextra, redeatq; in uenã Cælen, & fluat ad partẽ dextrã pectoris, cõstat, qđ lõge melius diuertit Plebotomia lateris dextri, q̃ sinistri, Immo Phlebotomia lateris finistri nihil fere diuertit. Fluente. n. materia p uenã Cælen magnã, p partẽ dextrã deorsum, cõstat p eandẽ partẽ debere retrahi sursum, quod, nisi p Phlebotomiã eiusdẽ lateris, fieri non poterit, & similiter, si fluit a deorsum in sursum p partẽ dextrã uenæ Cæles (cõstat qđ, si trahatur sursum p eandẽ partẽ dextrã) impediretur, ne a uena Cæles uadat ad ramulos paruos tendentes ad partẽ dextrã pectoris, ubi est Apostema. Nec potest fluere materia a parte sinistra pectoris ad dextrã, nisi redierit in uenã Cælen, qđ raro ualde cõtingere potest, cũ fortior sit uirtus uenæ Cæles magnæ, q̃ uenarũ paruarũ & uenæ fortes mittant ad debiles. Præterea, stãte plenitudine i pte sinistra, potius deberet fieri Pleuritis in illa parte, q̃ qđ ex illa parte fluat materia ad partẽ dextrã.

¶ Pulcherrime (inquam) ac subtilissime argumentaris, facillime tñ, & clare respondebo, si materia, & humor, qui a parte capitis dextra subingressus uenã Cælen fluxit in partẽ pectoris dextrã, retrahẽdus esset sursum p eandẽ uiã, profecto existimarẽ uenæ Cephalicæ, & nõ Basilicæ incisionẽ, uel alterius superioris uenæ attractũrã humorẽ illũ ad superiora, & maxime eã uenæ incisionẽ, quæ secundũ rectitudinẽ partis patientis fieret, quia, ut superius dixi secundũ Galeni sententiã, euacuatio facta in aliqua parte corporis attrahit a quacũq; eius parte, Et ideo cõcessit Gal. eodẽ citato loco, qđ, nõ inuenta Basilica, aut nigra, fieret ex Cephalica uena incisio, Sed intentio medentis Medici non est, ut materia refluat ad locum, a quo cœpit fluere, sed ut fluat, & diuertatur ad partem cõtrariam particulæ patientis. Vbiq; asserit Galenus, qđ particula patiẽtis docet nos, unde, id est ex qua parte, & quomodo

id est

id est p quã uenã fieri debeat sanguinis missio, uel humoris retractio, quæ ad contrariã partẽ loci dolentis fit, & nõ dixit, humoris retractionem fieri debere ad eũ locũ, a quo fluere cœpit, Si.n.locus patiens sit dexter, & fluens humor, ad sinistrũ diuertatur, seruatur, ueritas orationis dicẽtis. Retractio fit ad cõtrariũ, Et, cũ facilius sit huiusmodi humorẽ fluentẽ a parte capitis dextra in dextrũ pectoris retrahere in sinistrũ, q̃ in sursum ad eũ locũ, a quo cœpit fluere], huius uenæ incisio in sinistro conuenientior erit, & facilior, & expedita magis.

¶ Sexta subsequitur ratio, quæ ortũ habet ab eo, qđ Galenus usui mãdauit, & inquis, Si materia fluit a parte capitis dextra ad sinistrã ad faciẽdũ dolorem, uel Apostema, Phlebotomia facta in Basilica sinistra æque, & magis trahit materiã ad locũ, sicut Phlebotomia in Pleuritide ex eodẽ latere, est tamẽ facienda de mẽte Galeni ad Glauconẽ capite.viii. & proprie secundum traductionẽ Leoniceni.

¶ Huic respõdemus negantes, & interimẽtes, in dolore capitis sinistro, aut in Apostemate ĩ eodẽ loco existẽte, Basilicæ sinistræ incisionẽ æque & magis trahere materiã ad locũ dolentẽ, sicut Phlebotomiã in Pleuritide ex eodẽ latere, Nã in Pleuritide lateris dextri, si fiat Phlebotomia Basilicæ dextræ, inter locũ patientẽ, & uenã incisam nulla cadit contrarietas, Sed in Apostemate sinistri lateris capitis si fiat uenæ Cephalicæ sinistræ incisio, licet huiusmodi uacuatio trahat ad sinistrã partem, tamen non trahit ad dolentẽ locum, sed ad sinistrũ inferius, Et iccirco Phlebotomia concessa in tali Apostemate a Galeno fuit recta, & conueniens, quia nõ trahit ad locũ læsum, sed ad sinistrũ inferius, & hæc optime diuertit, cũ sit secundũ rectitudinẽ partis patientis, Ea uero, quæ in pleuritide, ad locũ trahit dolentem, nulla ibi existente contrarietate inter locum dolentem, & uenam incisam.

¶ Septima ratio inducitur hoc modo, Vndecunq; natura repit, inde ducere oportet, per conueniẽtes regiones, In Pleuritide dextri lateris natura repit ad dextrã partẽ, Igitur per illã fieri debet Phlebotomia. Forte dicetur (inquis tu) qđ sententia illa Hippocratis intelligitur de euacuatione, quæ fieri solet, quãdo materia iam fluxit, quã natura tentat euacuare, & nõ de diuersione, Immo uidetur repugnare, qđ fieret diuersio, quæ est retractio ad contrariũ, & euacuare per locũ, unde natura repit, Si.n.natura in principio Apostematis repit ad aliquod mẽbrum, trahendũ est ad contrariũ. Illud autẽ stare non potest, quia Galenus.ii.re.acu.cõmento.x.uerificat illã sentẽtiã etiã in diuersiõe, nec

repugnat fieri diuersionē, & euacuationē secundū illā partē, secundū quā natura repit, Stante .n. pleuritide in dextro latere, peccās materia potest a loco læso diuerti, aut trahendo eā superius, aut inferius, Et iō dicebat Hippocrates, *quādo dolor ascēdit ad furculas, facias Phlebotomiā* Basilicæ, *quia tunc natura uidetur mouere materiam superius, Si autē* dolor *descendit, exhibeatur pharmacia, & trahatur materia inferius, sicut natura repit . Et ita in his casibus fit diuersio materiæ a loco læso, & secundū eandē partē, secundū quā natura repit. Hæc tu.*

¶ Galenus *in cōmēto* Aphorismorū, *undecūq; natura repit, pcæpit in hunc modū, oportet medicū naturæ motū animaduertere, & si quidē idoneus fuerit, ei cōuenit auxiliari, Si uero cōtrarius, incōmodus, atq; noxius, hunc prohibere, trāsferre, atq; diuertere, & auocare oportet,* Quis est mi Curti, *q motū humoris ad loca costarū, & Pleuræ facturū* Apostema, *& morbū, indicet hūc cōmodū, & apte & cōdecēter naturā hūc motū facere, cui opitulari, ancillari, adminiculariq; oporteat? profecto prouidus, ac sapiens medicus hunc motū potius cohibebit, & trāsferret, & in aliā partē humorē illū auocabit. Nō igitur natura naturaliter operatur, quādo hunc mouet humorē ad* Apostema *generandū, cui medicus auxiliari debeat. Nō debet itaq; prudēs medicus, & q futura mala præcauere debet, in principio costalis morbi p illā partem euacuare, ad quā natura a morbo stimulata, humorē illū declinat, qa ut dixit* Galenus *in libro de arte curatiua, Si ad locū, & particulā patientē humorē fluentē traxeris, malū geminabis, Sed, si morbus in statu fuerit, in quo totus humor fluxit, tunc ratio cogit, ut euacuetur, deriuetur, & deducatur, & ex ea parte, ad quā humor inclinauit, qa facilius, & expeditius hoc fiet, In principio uero medicus cohibebit motū illū, & in oppositā partē traducet humorē, hoc autē p euacuationē factā p eādē partē minime fit, nunquā .n. inuētus est* Galenus, *q retractionē mandauerit debere fieri per eandē, sed diuersam partē.*

¶ *Cū uero ulterius asseris nō repugnare, p eandē partē fieri diuersionē, & euacuationē, Respondemus, id uerū esse, & opere naturæ comprobatū recte id operantis, quæ quādoq;* Hepatis Apostema *per fluxū sanguinis nariū indicat, Et, si p dextrā partē indiciū faciat, cōmode, & expedite facit, Sed, si per sinistrā narē indicat, incōmode, & cū iactura indicationē facit, ut asserit* Hippocratis *decretū, Sed, licet talis naturæ motus sit simul diuersio, & euacuatio, & per unā, & eandē partē .s. dextrā, tamen in tali motu est cōtrarietas, quæ est deorsum in sursum,*

ut per

ut per hoc ratio diuersionis saluetur, quæ est in cõtrarium mouere, Is aũt naturæ motus p eãdem partẽ dextrã cõmendatur, quia est secundum rectitudinẽ patiẽtis particulæ, & (ut iuniores referũt) est diuersio secundũ unam diametrũ, Motũ autẽ, qui fit secundũ sinistrã narem, Galenus infamat, & carpit libro de Phlebotomia summa.ii. capite.iiii. dicens, qđ nihil iuuat, & nocet quãdoq; in dissoluẽdo uirtutem, absq; qđ passionẽ leuet, & hoc ideo, qa nõ est secundũ rectitudinẽ patientis loci, uel (ut recentiores) est retractio secũdum duas diametros, Sed in Costali morbo, ipso existẽte in dextra parte, si fiat sanguinis missio in Basilica dextra, nulla fit diuersio, nec ea, quæ ab inferius ad superius. cum particula patiens, & locus, per quẽ fit Phlebotomia in eadẽ fit media regiõe, nec est etiã cõtrarietas ĩter dextrũ, & sinistrũ, cũ oppositũ, casus ipse deposuerit, Nec mihi nũc est curæ, siue ascendat, siue descẽdat dolor, semp.n. sunt in eadem regione media, & in dextris. Quod uero adducis, Hippocratem sic usui mãdasse, & p eãdem partem, ad q̃ humor inclinat, fecerit euacuationem, ut ascendente dolore, p Phlebotomiã, descendente uero, p Pharmacum, hoc facile cõcedimus asserentes id Hippocratẽ mãdasse fieri tpe status, & nõ in principio, ut pdiximus, Et, cum Phlebotomiã pcepit, diximus id fuisse tempore status, in quo qdem tpe intentio est euacuãdi, & pfecto facilius, & magis expedite p eãdem partem, ad quã humor inclinauit, fit euacuatio, In principio uero est diuertẽdi propositum, quod per diuersum, & oppositum adimpletur. Hæc sunt, quæ Hippocratis, & Galeni placitis sunt cõformia & conuenientia.

¶ Vltimo in acien adducis, in Pleuritide magis intendimus euacuationem a loco læso, q̃ ab alijs partibus, ut clare dixit Gal.ii.re.acu.ĩ cõm. x. qđ & rõne pbatur, qa maxima ĩtentio est ad probibendũ augmẽtũ Apostematis, cuius causa est maximus dolor, dolor aũt nõ remouetur nisi educto sanguine, qui est in loco læso, q & calefaciendo, & excitando dolorem facit, Phlebotomia oppositi lateris non plus euacuat a loco læso, q̃ ab alijs partibus, ergo illa non est facienda.

¶ Respõdemus dicẽtes ĩterimendo, qđ ĩ pncipio Apostematũ, & pleuritici morbi magis ĩtendamus euacuare a loco læso, q̃ ab alijs partibus, ĩmo nulla est intentio in tali tpe uacuãdi a loco læso humorem, q fluxit, sed retrahẽdi ad cõtrariũ locũ particulæ patiẽti humorẽ ipsum, q fluens est, ne uel a calore, aut dolore in pte læsa existente trahatur ad ipsam, uel etiã ab alijs particulis incõmode ad ipsum patientem locum

trāſmittatur, p qđ opus a Medico inbibetur Apoſtematis augmētum, nec Galenus id fieri mādauit in principio Apoſtematū. ſ. euacuationē a loco læſo. Rationi etiā, quā adducis, facile eſt reſpondere, Cōcedo. n. qđ in principio Apoſtematū maxime intēdimus inbibere, ne Apoſtema augeatur, & cū dicitur, qđ talis augmēti cauſa eſt dolor maximus patientis partis, dicimus, in principio dolorē nō eſſe maximū, ſed in ſtatu & qđ nō ſolus dolor eſt cauſa augmēti Apoſtematis, q in principio paruus eſt, ſed cauſa eſt in alia, aliiſue particulis a patiente loco, quæ trāſmittunt id, qđ eis qualitate, aut quātitate eſt ſuperfluū, ad particulā patientē, dolorēq; ibi excitant, Virtus autē excretoria, cū aliquid ſentit, quod eā cōtriſtet, id ꝓiicere ꝓperat. Cū autē ſuis primis conatibus nihil profecerit, uehemētius aggreſſa, qđ infeſtat, expellere, ſanguinis aliquid, & ſpiritus ex ſuppoſitis particulis in afflictā ſedē, & partē ſimul exprimit, ut Gale. xiii. Therapeuticæ ſcriptis reliquit, Cū autem natura ſanguine, & ſpiritu, ut inſtrumentis utatur, & hæc ad patientē particulā trāſmittat, ut his naturalibus eius inſtrumētis cauſam doloris a loco remoueat, locus hoc ſanguine, & ſpiritu fluētibus repletur magis, maiorq; fit cōtinuitatis ſolutio, maiorq; caliditas, unde & maior excitatur dolor, Sapiēs itaq;, & prudēs medicus in hoc principii tēpore maxime ꝓuidebit, ne natura incitata a morbo in illū locū ſanguinē, & ſpiritū trāſmittat, qđ facile erit, inbibēdo hūc humoris motū p motū illius ad particulā patiēti loco oppoſitā. Hoc autē medicus cōſequetur, ſi Phlebotomiā fecerit in loco oppoſito patiētis partis, ad quā ſequetur humoris fluētis retractio, & eius, q fluxit, abeuacuatio. Nō fiet autē cōmode, ſi in eadē parte uenæ inciſionē fecerit, quæ plus nocumenti affert in attrahendo ad eā ex toto corpore, q̄ iuuamenti in euacuando humores in locis Apoſtemati circunſtantibus exiſtentes. Quod uero de dolore fuit inſertū, diximus in principio, ipſum paucū eſſe, & qđ trahit, paucū eſt. Quod ſi in augmēto morbus eſſet, aut in principio ſtatus, in quibus morbi tēporibus neceſſariū eſſet phlebotomare, quia prius ob aliquā cauſam Aeger minime phlebotomatus fuit, & tunc tēporis dolor infeſtaret nimis, neceſſariū ꝓfecto eſſet uti præcepto Principis, cū dixit, Cūq; ad diuerſum trahere uolueris, dolorē prius ſeda, niſi ſedetur dolor, cū trahat ad partē patiētē, oppugnaret attractioni, quæ p phlebotomiā fieret in parte oppoſita, & diuerſa, mitigatio autē doloris fit per ea auxilia, quæ extra ſunt applicata dolenti loco, Remotio autē illius doloris in totū fieri nō poteſt, niſi phlebotomia, & ſputo, ut

recte sentis, quæ si in latere opposito fiat, licet humorẽ existentẽ in locis Apostemati propinquis nõ euacuet, eũ tamẽ abeuacuat, ut non sit amplius timor cursus materiæ ab illis locis ad ipsũ locũ Apostemate affectũ Ea uero incisio uenæ, q̃ ex eadẽ fit parte, plus nocet in attrahẽdo a toto corpore ad partẽ læsam, q̃ iuuet in euacuãdo humorẽ illã existẽtem in uenulis nutrientibus pectus, de quo timor est, ne augeat Apostema.

¶ Veniamus modo ad id, quod ultimo loco executus es, & consideremus an ea, quæ tibi obiecisti, sint ad unguẽ soluta, an uero adhuc nodi, quibus te ipsum ligasti, sint inexplicati, In quis.n.contra te esse id, qđ Galenus i tractatu de Antispasi, & in.v.de Ingenio capite.iii.asserit, uidelicet qđ, qñ materia fluit ad dextrã, debet trahi ad sinistrã, & ecõtrario, Sicut.n.fit diuersio de sursum in deorsum, ante, retro, intus, extra, ita fit de dextro in sinistrũ, & ecõtrario, & inquis, qđ hoc argumentũ colligitur ab Auerroe.vii.colliget, capite.xxix.ubi dicit, i libro de ingenio Galenũ dicere uerũ, & sibi cõtradicere i rationibus uniuersalibus, In libro.n.Therapeuticæ dicit, in Pleuritide esse faciendã phlebotomiam eiusdem lateris, & in rationibus uniuersalibus dicit, si fluit ad dextrum, trahatur ad sinistrum.

¶ Huic respõdes, qđ quatuor illi modi diuertẽdi ponẽdi sunt in sermonibus uniuersalibus, qa ad curã oĩum oẽs illi modi sunt necessarij, Non tñ uolũt Doctores, qđ in cura cuiuslibet Apostematis, reqrãtur oẽs illi modi diuertẽdi, & p̃cipue cũ Phlebotomia, aliter oporteret in cura cuiuscũq; Phlegmones facere tres, aut quatuor Phlebotomias, qđ est improbatum, Et ideo in Apostematibus Hepatis non fit Phlebotomia ex parte sinistra, & in dolore capitis ex una parte non fit phlebotomia ex parte opposita.

¶ Nõ uidetur mi Curti tua solutio nodũ, quo te ligasti, soluere, nec ueritatẽ in eo clausam manifestare, Cõcedimus.n.multa esse in sermonibus uniuersalibus dicta de ipsis Apostematibus, q̃ ipsis cõpetũt, q̃ Apostemate sunt, q̃ tñ huic, uel illi minime conueniunt, Et hoc cõtingit aliqua negãte cõditione, Nosti.n.repercussionẽ humoris, & eiusdẽ reditũ fuisse a Sapiẽtibus cõcessum ĩ Apostematibus, qua Apostemata sũt, & hoc in sermonibus uniuersalibus, Cũ aũt deuẽtũ fuit ad emũctoriorũ Apostema, aut ad ea, q̃ a materia uenenosa ortũ hẽnt, Sapiẽtes oẽs illius humoris reditũ, & repcussionẽ negasse, uetãte in p̃mo nobili mẽbro, ad qđ repcussio fieret, ĩ scđo uero uenenositate materiæ, q̃ ab ĩtus extra trãsmittatur, minime ei cõceditur ab extra ad ĩtra reditus, Eodẽ

profecto modo differentiæ ille dextrum, sinistrum, sursum, deorsum, ante, retro, intus, extra licet ponãtur in sermonibus uniuersalibus, tñ uti earũ aliqua debemus, cũ diuersionẽ facere uolumus, nisi hoc nobis aliqua deneget cõditio a Sapiẽtibus explicata. Ponamus itaq; nullã esse cõditionẽ, q̃ diuersionẽ ꝓhibeat fluctus humoris, dic (quæso) nõne humorẽ illũ diuertes? Et, si diuertere uolueris, non ne uel a dextro in sinistrũ, uel ex aliqua illarũ oppositionũ in alterũ diuertes? Certũ est qđ, si ꝗa eni sententiã uolueris esse sempiternæ ueritatis, id obseruare curabis. Cũ itaq; in Pleuritico morbo diuersionẽ esse faciendã cõcedas, & ꝓ ueritate, cõcedẽda sit, ergo per aliquã illarũ oppositionũ illã usui mãdabis, nõ.n. possumus aggredi retractionem facere, nisi seruato dicto Galeni, qđ tanq̃ ꝓloquiũ cẽseri debet. Nec nũc mihi est curæ, quo instrumẽto retractio sit facienda, an.s. uenæ incisione, an cucurbitulis, an ligaturis, an frictionibus, Sed hoc mihi nũc satis est, qđ, si diuersio faciẽda est, per aliquã illarũ cõplenda est, Nec ducit ad incõmodũ, si in Apostemate, in quo tota intẽtio est duplex.s. humoris fluentis retractio, & eius qui fluxit, euacuatio, duabus etiã uenæ incisionibus impleatur.

¶ Cũ uero ulterius infers, Et ideo in Apostemate Hepatis nõ fit phlebotomia in sinistra, hoc non uidetur ex dictis necessariã habere cõsecutionẽ, Si.n. quilibet tumor, et Apostema, quatenus Apostema est ĩ principio humoris fluentis retractionẽ reqrit, & Hepatis Apostema est Apostema, Ergo in tertio primæ uidetur necessario sequi, huic, quatenus Apostema est, cõuenire retractionẽ, Quod aũt ipsi, ut Hepatis Apostema est, non cõpetat, humorẽ fluentẽ ad contrariũ retrahi, oportet adducatur ratio hoc prohibens, quæ si posita in eo sumpto fuerit, tũc assũptum sub eo acceptũ falsum esse manifestabitur, Sed, quæ sit illa, a nullo sapientum inuenio ipsam explicatam, Tua igitur interest illam in medium adducere.

¶ Quod uero ulterius ꝓcedẽdo dicis, qđ in dolore capitis ex una parte nõ fiat uenæ incisio, et diuersio in altera, Et ob hoc apparet dicta illa in uniuersalibus non semper in usum uenire, cũ ad particularia descẽdimus, Respondemus asserentes id uerum esse, tñ a Sapientibus fuisse explicatã cõditionẽ negantẽ, siue uetantẽ illud posse fieri, hæc autẽ cõditio est, ut, si unq̃ diuersio faciẽda est, requiratur locorũ tãta distãtia, quãta est ab humero ad humerũ, quantã distãtiã nullus cõcedet in capite a parte dextra in sinistrã, Et ob id Sapiẽtes dixerunt, qđ decretum Hippo. Aphoris. v. Aphoris. lxvii. posteriora capitis dolẽtia, in fronte

recta

recta uena icisa, iuuat intelligi debet nō de diuersiua phlebotomia, sed de deriuatiua distātia parua ꝓhibente. Hæc sunt quæ ad mentē Principis iuniores referūt, Galenus tñ uidetur tuis dictis reluctari in cōmento Aphoris. lxyii. Inquit. n. in doloribus itaq; partis capitis posterioris, cū auersione euacuatio ex frōte fiet, sicut et in anterioribus ea, q̃ secundū occiput, & subdit in usum deuenisse hmōi remediū, dicēs, Sic itaq; diuturnæ oculorū fluxiones sæpius sanatæ sunt, ex partibus secundū occiput sanguine misso una cū Cucurbitulæ usu. Hæc Galenus, et in libro de Phlobotomia sūma. ii. ca. yii. dixit, Secundū autē eādem rōnem posteriores capitis dolores incipiētes, & iuuenescentes, q̃ in fronte, uena iuuat diuisa, Nam Antispases quide simul cū euacuatione fieri oportet magis in incipientibus Rheumatibus. Hæc Galenus, Idem in. xiii. Therapeuticæ. dist. iii. cap. xiiii. dicit. Præterea Cucurbita in occipite defixa efficax est remedium ad oculorum fluxiones,

¶ Secundā respōsionē adiūgis, cū primam nodum soluere nō cognoueris, & dicis, qđ regulæ illæ uerificātur, qñ intentio nostra est solum diuertere, In Pleuritide autē dictum est, qđ nō solū intēdimus diuertere, sed euacuare, & magis a loco læso, q̃ ab aliis partibus. Hæc tu.

¶ Cognouisti ꝑfecto te nō potuisse effugere, quādo in Apostemate requiratur diuersio, qn p aliquā illarū oppositionū fiat. Et qa in Pleuritico morbo cōcedis retractionē, ne tibi in tertio primæ cōcludatur, in eo fieri debere diuersionē p aliquā illarū, & sic, cū fluat humor ad dextrū retractio fiet ad sinistrū, & econtrario, ideo te uertis ad id, qđ sumptū est, cū dicebatur, In omni Apostemate, ī quo fit diuersio, p aliquā illaꝝ oppositionū fit, & hoc falsū iudicas, nisi addatur. Solū, sic dicēdo, In oī Apostemate, ī quo fit sola diuersio, p aliquā illaꝝ oppōnū fit, & tūc sub hoc sumpto, nō licet assumere Costalē morbū Apostema esse, in quo sola reqratur diuersio, cū ī eo nō solū diuersio, sed ēt eūatio reqratur.

¶ Sed mi Curti hō siue solus siue cū Leone sumatur semp ī se rōnalitatē includit, Sic & diuersio, siue sola fiat, siue cū ea ēt deriuatio, semp diuersio claudit in se motū ad cōtrariū, Cur. n. Galenus in Apostemate oculi dextri, qñ Cephalicā brachii dextri incidit; nūcupat hanc sanguinis missionē, diuersionē, et deriuationē; nisi, quatenus est a superiori ad ifra, est diuersio, quatenus aūt est ad latus particulæ patiētis, est deriuatio. Stat igitur dictū Galeni. y. de igenio, et ī capite de Antispasi, qđ in oī Apāte, aut fluxu materiæ, in quo reqritur diuersio, illa fieri debet p aliquā illarū oppōnū, siue sola fiat, siue cū ea ēt fiat deriuatio.

¶ Tertia tua responsio talis est, Licet concedatur in omni Apostemate conuenire modum oẽm diuertẽdi, quia, quocũq; modo diuertatur materia, uidetur cõuenire in pbibendo augmentũ Apostematis, nõ tñ omnis talis diuersio fieri debet cum Phlebotomia oppositæ partis, Potest enim trahi materia a dextro ad sinistrũ cũ Frictionibus, Ligaturis, Ventosis, non incisa cute in parte sinistra, Immo longe magis trahitur ad partem sinistrã materia sic agẽdo, q̃ per Phlebotomiam Basilicæ sinistræ, p quã potius euacuatur pars sinistra, q̃ ad eã trahatur materia, Si enim ualeret hoc argumentum. Materia fluit ad dextrã partẽ, ergo in principio, cum intẽdimus diuertere, est trahenda ad sinistram cum Phlebotomia, Similiter ualeret, ista alia materia fluit ad intus, ergo in principio est trahenda ad extra cum Ventosis, super locũ cute incisa, Ita enim ponit Galenus istã regulã, Si fluit ad ĩtus, trahitur ad extra, sicut ponit istã aliã, si fluit ad dextrã, trahitur ad sinistrã, & tamẽ cõstat, qđ Ventosa illa in principio non conuenit. Hæc tu.

¶ Non uideris amplius dubitare, an retractio fiat per cõtrariũ, & oppositũ, nec, quãdo retractio fuerit necessaria, qđ per aliquã oppositionẽ fieri debeat, Sed, cũ plura sint medicinæ artis instrumenta, quibus retractio fieri possit, uidelicet Phlebotomia. Cucurbitula, Ligatura, Frictio, & huiusmodi, non uidetur tibi, qđ Aduersario liceat arguere hoc pacto, in Pleuritico morbo dextri lateris fieri debet diuersio ad sinistrã, ergo in sinistro fieri debet Phlebotomia, quia forte hæc nocumẽtũ inferre posset, Sed Ligaturæ, aut Ventosæ iuuare, Id profecto uerum est quod asseris non esse necessario concludendum, uidelicet in Pleuritico morbo necessaria est diuersio, & in partẽ oppositã, ergo cũ Phlebotomia, Sed, si Medicus in illo uniuersali staret, diuersionẽ debere fieri per oppositũ, nec sciret, quibus instrumẽtis esset procedẽdũ, profecto nunq̃ in opus retractionis descenderet, Idcirco Sapientes, ut retractio in opus deueniat, quærentes dixerũt, Corpus hoc, quod costalẽ morbũ patitur, aut est plenũ, quod plethoricũ uocant, aut non, Si plenũ, tunc determinauerunt, quod instrumentũ, quo facienda est diuersio in oppositũ, sit Phlebotomia, huic innitentes rationi, qđ, si retractio fieri debet & pars, ad quã fit retractio, plena sit, non recipiet, Quod si uenæ fiat incisio in parte sana, ab ea humorem uacuat, & a læsa parte humorẽ attrahit & abeuacuat, Euacuatio enim, ut supra dictum est, in quacũq; parte fiat, ab omni particula corporis attrahit. Quod si corpus, quod a morbo Pleuritico molestatur, minime plenum sit, Sapientes cõuenerunt,

uenerunt, retractionē hāc fieri posse p ligaturas, & huiusmodi in parte opposita, Hæc autē Sapientū decreta tuæ aduersantur conclusioni, cū dixisti, Corpore existēte pleno in Pleuritide, fieri debet Phlebotomia in principio ex eodē latere, in quo est læsio. Sed, si tu placitis Sapientū minime adhæres, declares, quādo cū Phlebotomia, quādo cū alio ingenio sit procedendū in diuersione facienda ad oppositū. Miror tamen, cū coactus sis cōcedere diuersionē esse faciēdā in Pleuritide, & qd' diuersio fiat ad cōtrariū, cōcedasq; instrumētū diuersionis in hoc esse Phlebotomiā, cur nō obseruas illā fieri in parte cōtraria, dictāte hoc Galeno?

¶ Prosequeris deinde hoc modo, & per hanc respōsionē soluitur aliud argumentū, qd' si non cōuenit in Pleuritide facere Phlebotomiā oppositi lateris, minus conuenit in aliis Apostematibus, ergo nunq̃ facienda esset Phlebotomia ex opposito latere, nec trahēda materia a dextro ad sinistrū, nec ecōtrario, Dicitur.n.qd' alio modo, ut dictū est, potest fieri diuersio a dextro ad sinistrū, uel ecōtrario, q̃ cū Phlebotomia, uel dici potest, qd' etiā quādoq; conuenit Phlebotomia ex latere opposito, sicut dicit Galenus in.xiii.Therapeuticæ dist.ii.ca.v. existente Apostemate in uno crure, Phlebotomia fieri debet in altero, Phlebotomia.n.in eodem facta trahit materiā ad locum. Hæc tu.

¶ Nos autē, cū hanc tuā responsionē primā, non remouere dubitationē asseruimus, in illa nō ultra progrediemur, Sed aliā modo positā refutabimus, Si quādoq; mi Curti diuertere liceat per Phlebotomiā factam in latere opposito, & in Apostemate existente in crure, cur nō conuenit idem fieri in Pleuritico morbo? & quā ob causam ratio, quam adducis qd' Apostemate existēte in uno crure, Phlebotomia fieri debet i altero, nō militat in Pleuritide? uidelicet qa missio sanguinis facta in eodem, trahit humorem ad locū. Iccirco, nulla responsionum existēte ualida. Quartā ponis, q̃ potius Galeno repugnat, q̃ eius mentē declaret.

¶ Inquis.n.plus trahit a dextro ad sinistrū Phlebotomia dextri lateris q̃ Phlebotomia sinistri, ut declaratum est, qa euacuato fonte magno ex parte dextra, riuuli partis dextræ fluunt partem sinistram uersus.

¶ Hæc respōsio ea est, quā supra me nō intelligere dixi, nec mō intelligo, Tñ, si id uerū est, qd' sentis, & ob hoc potius fieri debet Phlebotomia in parte læsa, cur Galenus in crurū Apostemate nō facit Phlebotomiā in parte læsa, sed i parte sana illi opposita? Rectū.n.est dicere Galenū hoc sciuisse, qd' asseris, Et, si hoc melius fuerat, hoc mō fuisse operatū omnino credendum est, Cū autem Galenus non in parte læsa, sed

in parte sana sibi opposita uenã iciderit, ergo nõ sciuit, aut si sciuit, & aliter optus est, calũniã patitur, si hoc melius erat. Tu uero, q̃ eius doctrinæ (& merito) es obseruãtissimus, q̃ eius opinioni sunt cõsona, non ea, q̃ dissonãt, ĩ mediũ adducere debes, Patet itaq; hãc tuã rõnẽ pmã, q̃ cõtra te adduxisti, ĩsolutã esse, & tãq̃ ualidissimã, & maximo robore fũdatã, Achillẽ dici posse. Nũc uero ad ipsum Hectora trãseamus.

¶ Inquis tu, Solet secundo argui, in cura Phlegmones utimur triplici euacuatione ex loco, ut clare Gale. uult in. ii. de febribus ad Glauconẽ capite. viii. & . iii. Therapeuticæ cap. vi. qđ ẽt rõne pbatur, qa, ut habetur. xiii. Therapeuticæ, in principio, in omni Phlegmone, quæ est in fieri, cõuenit pseruatio quantũ ad id, qđ est futurũ fieri, quæ fit cũ diuersione, & cura, quãtũ ad id, qđ est factũ, q̃ fit cũ deriuatione, qñ nõ est ægritudo antiquata, & cũ euacuatione ex loco, qñ est antiquata, Cum igitur euacuatio diuersiua præcedat deriuatiuam euacuationem & Phlebotomia eiusdẽ lateris sit deriuatiua, oportet prius facere, Phlebotomiam oppositi lateris.

¶ Hæc ratio tua uir clarissime est efficacissima, & mera ueritas, qđ magis apparebit, & facilius cognosces, si consideraueris, quã parũ Galeni mentem attingat responsio tua, Cum inquis.

¶ Respondetur ad hoc argumẽtum, qđ indicatione sumpta a materia fluente, & q̃ fluxit, sine dubio prius materia fluẽs est diuertenda, secundo materia, q̃ fluxit, est deriuanda, Tamẽ indicatione sumpta a loco, ubi materia facit Apostema, cõtingit aliquando, qđ eadẽ euacuatio est diuersiua, & deriuatiua, Dicit. n. Galenus clare in. ii. de febribus ad Glauconẽ cap. viii. qđ, qñ materia est ĩ capite, faciẽda est Phlebotomia in Cephalica eiusdẽ lateris, siue diuertere, siue deriuare uolueris, Secus est in Apostemate Matricis, qa, si in eo uolumus diuertere, facimus Phlebotomiã in Basilica eiusdẽ lateris, si uero deriuare, fieri debet in poplite etiã eiusdẽ lateris, Eodẽ mõ dico in Pleuritide, qđ Phlebotomia eiusdem lateris est diuersiua, & deriuatiua, Et ita patet, qđ indicatio sumpta a membro læso uincat indicationem sumptam a materia, prout fluens est, aut fluxit, Nec semper fieri debent duæ Phlebotomiæ, quarum una sit diuersiua, & altera deriuatiua. Hæc tu.

¶ Sed cur tam recte opinionẽ Galeni nosti, nec tñ eã (ut decens erat) defendisti ꝗ nõ potuisti efficaciorẽ, atq; clariorẽ rõnẽ adducere p ueritate, & Galeni mẽte, q̃ ea sit, q̃ adducta est, qđ facilius cognosces responsione tua diruta. Non ne Galenus citato loco ad Glauconẽ dixit, fluẽtis humoris

tis humoris medelā esse retractionē, & eius, qui fluxit, medelā esse de/rivationē; uere dixit hoc, & idicatiōe sumpta ab humore monuit hoc, uel illud esse operādū, nō ne & ex his, q̄ dicta sunt, apparet prius debere Medicū executioni mandare humoris fluentis medelam; quo perfecto ope, & nō eodē die, eius, qui fluxit; uia patēt ex supradictis, Fateor tamē hæc in opus minime duci posse, & recte, ni patiens locus, & eius positio cognoscatur, ut sciat Medicus, unde, & quomodo prius retractionē, deinde deriuationem facere debeat, Qui.n.retrahere uult, duo intēdit, & a duobus cōsensum sumit, intendit.n.humorē fluētē, & illū ducere ad cōtrariū locū loco particulæ patientis, hoc autē recte facere non potest, nisi sciat sitū particulæ patientis, quo cognito, considerabit an locus iste patiēs, & ad quē humor fluit, sit superius, an inferius, dexter, an sinister, Et tunc uel Phlebotomia, uel alio adminiculo hunc fluentē humorē ad contrariū locū particulæ patientis uertet, Aliter nō esset expleta intentio medentis humori fluenti, Cū uero medelā adhibere uoluerit humori, qui fluxit, quæ post retractionē ad finē perducitur, deriuationē faciet per uenæ incisionē secundū rectitudinē patiētis particulæ, & ad latus, hoc.n.exigit deriuationis opus, & sic apparet, qđ patiens particula in ambobus opibus consideretur, non qđ patiēs locus indicet, & cōsensum det Medico, qđ fiat retractio, aut deriuatio, hæc enim indicantur ab humore. q fluens est, aut q fluxit, & hæc a tēporibus Apostematū indicantur. Cum igitur Medicus fixerit prius animo suo, qđ modo adhibenda est humori fluenti medela, quia Apostema est in principio, modo uero applicanda est medela humori, qui fluxit, scilicet deriuatio, quia Apostema est in statu, & fluxio restitit, tunc perquirit locū, ad quem uult retrahere, uel locum per quem uult deriuare, & hunc ipsum docet particula patiēs, Inquit igitur sapiens Medicus modo, quia in principio intentio mea est humorem fluentem retrahere, hoc autem fit ad contrarium particulæ patientis, sed talis particula patiēs est in dextro, ergo tale retractionis opus fieri debet in sinistro. Oportet igitur, ut Medicus prius animo suo firmet, an retrahere, an deriuare uelit, in hoc autem consensum habebit a temporibus morbi, ut si Apostema fuerit in pncipio, ī quo tpe materia fluit animo suo figat retractionē, Si uero fuerit in statu, ī quo humor fluxit figat deriuationē, & his animo suo reuolutis, & stabilitis cōuertet se ad particulā patientē, & ab ea cōsensum capiet, ex quo loco, & p quā uenam fieri debeat opus illud retractionis, aut deriuationis, Indicatio

igitur sumpta a particula patiẽte nõ hẽt introitũ ad insinuandum Medico, qđ retrahat, aut deriuet, quæ prius sunt cõsiderãda a Medico, q̃ p quã uenã, aut in qua pte sit facienda retractio, aut deriuatio, Quid igitur est id, qđ a te dictũ est, qđ indicatio sumpta a mẽbro læso uincit indicationẽ sumptã a materia, prout fluens est, aut fluxit? Si.n.intelligis, qđ nulla indicatio sit a materia, prout fluẽs, aut fluxit, profecto id contra Galeni decreta dictũ est, qui uult, ut supra ostensum est, Medicũ habere duplicẽ solicitudinẽ, unã ad fluẽtẽ humorẽ, alterã ad eum, qui fluxit, & fluentis humoris medela est retractio, eius uero, q fluxit deriuatio, a materia igitur fluente Medicus p̃seruatiuus capit indicationẽ diuertendi, ab humore autẽ, qui fluxit, Medicus curatiuus sumit indicationẽ deriuandi, & sic utrũq; cõsiderat, & ab utroq; capit consensum sui operis, & quid acturus sit, Si uero intelligis, qđ indicatio sumpta a membro læso uincit indicationẽ sumptã a materia, ut fluens, aut fluxit, qa indicatio sumpta a materia, prout fluens, aut fluxit, nõ præbet cõsensum de qua uena, aut de quo loco fieri debeat missio sanguinis, sed sola particula patiẽs hoc indicat, cõcedimus profecto id esse Galeni placitũ. Sed particula patiẽs nunq̃ dabit assensum, quod ex cõtrario, aut ad latus Phlebotomiã facias, nisi prius animo tuo cõstitueris, an diuertere, an deriuare uolueris, qđ ab humore, put fluens, aut fluxit, indicatur. Si igitur tibi cõstiterit esse diuertendũ, particula patiens, & eius positio indicabit locũ cõtrariũ, Si deriuandũ, locũ ad latus, utriusq; igitur opus est Medico considerationẽ habere, Nec una indicatio aliã uincit, cũ utraq; sit necessaria. Nec me latet quãdoq; Phlebotomiã esse retractiuã, & deriuatiuã respectu particulæ patientis, sicut recte in exemplo fuit inductum, ut in dolore capitis Phlebotomia facta ex Cephalica eiusdẽ lateris, cũ quo est dolor, Licet ea Galenus utatur, ut diuersiua, quia talis Phlebotomia habet ad particulã patientẽ eã contrarietatẽ, quæ est superioris ad inferius, qua rõne illa Phlebotomia dicitur diuersiua, est etiã secundũ rectitudinẽ patientis partis, ob quod dicitur, & nominatur deriuatiua Phlebotomia, Hæc autem duo non reperiuntur, quãdo in Pleuritico morbo uenã incidis ex eodẽ latere cum patiente particula, licet.n.sit secundũ rectitudinẽ patientis loci, qđ reqrit deriuatio, tñ nulla est ibi oppositio, qđ retractio exigit, particula.n.patiens uidelicet Pleura, & uena incisa in media sunt regione, & iõ nulla est scđm supius, & ĩferius oppositio, Sũt ẽt ĩ eodẽ latere scđm dextrũ, & sinistrũ, ergo nulla ibi erit oppositio, ergo nulla

diuersio

diuersio. Principalis itaq; rō, qđ in suo robore pmaneat manifestū est.

¶ Prosequeris deinde unū scribendo, maxima admiratione dignū in/quis enim, ratio diuersitatis eorū, quæ dicta sunt, est, quia, cum Apostema sit in partibus superioribus, sicuti in capite, sumus certi, qđ materia fluit a deorsum in sursum, qa massa materiæ est in uena Cæle, seu ī trūco corporis, Et ita certi sumus. qa phlebotomia desursum trahēs est diuersiua, Et similiter, cū sit Apostema in Matrice, uel mēbris inferioribus, ita certi sumus, qđ materia fluit a sursum in deorsum, & qđ phlebotomia Basilicæ trahens sursum ē diuersiua, In genu aūt, uel pede ē deriuatiua, Nō sic est in Pleuritide, qa, cū sit Apostema in medio pectoris, pōt materia undiq; fluere, Et, qa nō sumus certi, unde fluat, necesse est, ut nesciamus, q̄ sit uera phlebotomia diuersiua, q̄ tunc diuertat, et trahat ad locū cōtrariū, Et pinde dicebat Galenus. ii. re. acu. cōmēto. x. qđ in Pleuritide ītētio nostra ē plus euacuare a loco læso, q̄ ab aliјs mēbris, et ex cōsequēti faciēda ē phlebotomia eiusdē lateris, Hæc tu.

¶ Dic (quæso) uir clarissime, ubi docuit Galenus nos scire debere locū, a quo incipit humor fluere, Et qđ iuuamentū præstat huius loci cognitio; Forte dices Galenū docuisse diuersionē fieri ad cōtrariū, iō docet scire, si humor a sursum in deorsum fluit, aut ecōtrario, ut a deorsū in sursum reducatur, & ecōtrario, timentes enim Apostematis augmētum necesse est scire locū, a quo incipit humor fluere, ut ad eundē per motum cōtrarium redeat, & tumoris augmentum uitetur.

¶ Galenus profecto nunq̄ docuit nos solicitos fieri in humoris reditu, nisi p remedia apposita in particula patiēte, Sed monuit, ut fluens humor ad cōtrariā partem particulæ patiētis retrahatur, & ob id esse necessariā cognitionē particulæ patiētis, situs, & positionis, non loci, a quo cœpit humor fluere, Si. n. hoc uerū est, qđ asseris, necessariā esse loci cognitionē, a quo cœpit humoris motus, ut ad eundē fiat humoris reditus, ratio duceret ad incōmodū, Fluēte. n. humore a superiori, aut ab inferiori, aut a sinistra parte, existēte læsa dextra, Basilicæ dextræ incisio in eodē latere nō cōpeteret, Hæc. n. uenæ īcisio, nō facit humorē redire ad locū, a quo cœpit fluere, sed potius ad locū læsū undequaq; trahit humorē, Nā Basilicæ dextræ īcisio trahit ab inferioribus ut patuit p te in Apatibus Matricis, trahit ēt a supioribus, ut patuit ī dolore capitis phlebotomata Cephalica, et a fortiori Basilica, trahit ēt a sinistris, Ergo undecūq; trahit, ergo ad nullū locū facit redire humorē, a quo fluere cœpit, Sed potius ipsum ab unoquoq; loco trahit ad partē

læsam, Et sic Phlebotomia, q̄ p te cōceditur ab Hippo. & Gal. esset incō ueniēs, & nociua, si fieret in pricipio, & nullo mō faciēda, Sed, si i sini stro fiat latere, & pte sana, undecūq; fluat materia, recte opamur inbi bendo, ut nec a supioribus, nec ab īferioribus, nec a sinistris humor flue re possit ad ptē læsam qa illa Phlebotomia ab oī pticula corpis attrahit ad sinistrū loco dolēti oppositū, et cōtrariū, et hoc ē, qđ nos Gal. docet.

¶ Sed tu rñdeas quæso cū hac tua incertitudine loci, a quo humor fluit cur potius te ad partē læsam, q̄ ad partē sanā uertis, ibiq; phlebotomas nesciens an recte, an perperam opereris, & supra manifeste dixeris, qđ Phlebotomia facta in eodem trahit humorem ad locum?

¶ Dicis tu, Galenus sic nos docuit. ii. re. acu. Nō credas Galenū cū tali incertitudine sic usum fuisse, Sed sæpe diximus, qđ Phlebotomia, quā præcipit Galenus in particula læsa, est ea, q̄ deriuatiua dicitur, & q̄ in statu fit, nō diuersiua, &, q̄ in principio fit, Cū aūt cōis practicātiū me dicorū schola diuersiuā facit in parte sana, decreta tū Hipp. tū Galeni obseruat, qa ad locū patiēti particulæ cōtrariū uertit fluentē humorē undecūq; fluat ille, Nulla igitur est rō diuersitatis in A pate Pleuritico, & alijs A patibus, qa in oībus, cū diuersio in principio faciēda ē, ad op positā partē læsæ particulæ fiat, Licet forte nō idē genus oppōnis obser uetur, qa in aliqbus fit diuersio secundū supius, & inferius, ut in A po stematibus Matricis, & in dolore capitis, qñ phlebotomatur Cephalica, in aliquibus uero scđm dextrū, & sinistrū, ut in hoc genere A patum, Vel, si expressā Principis sñiam imitabimur, fiet secūdū supius, & infe rius, Sed, utcūq; fit, stat sempiterna ueritas decreti Hippo. & Gale. ui delicet retractio, q̄ medela ē fluētis humoris, ad cōtrariā partē pticulæ patiētis fit. Hac eadē uia remanet efficacissima, et in suo robore munita ea, q̄ a te Secūdo loco cōtra te adducitur, rō, Idcirco ad tertiā descēda/ mus, q̄ i tuēda Medicorū practicātiū phalāge a me Hercules ē noīata.

¶ Tertio adducitur ualidissima Galeni authoritas, Inquis. n. diuersio est faciēda ad lōgissima. xiii. Therapeuticæ distin. ij. cap. iij. ergo nō ex eodē latere, sed potius ex Saphena, huic respondes primo, qđ diuersio conuenit matriæ fluenti, & quia in Pleuritide nescimus locum, unde materia fluit, ideo nescimus, ad quam partem fit diuertenda, Et pro/ pterea facimus Phlebotomiam eiusdem lateris.

¶ Hæc tua rñsio eadē patitur uulnera, q̄ superior, nō. n. sciēdus est lo cus, a quo humor cœpit fluere, Sed cognoscēdus, est locus læsus, ut ad cōtrarium illius trahatur humor, undecunq; fluat, In Costali morbo

facile

facile Aegrotans cognoscit particulã patiẽtẽ, hæc igitur responsio nulla est, Sed pluries rem utilẽ repetere non est ab re. Cur locũ, a quo cœpit humor fluere, desideras cognoscere; dicis, ut ad eundẽ sanã redire humorẽ, Sed cur hoc; nisi ut eundẽ a loco læso abigas, Cur igitur Phlebotomiã facis ex parte læsa, cũ per illã, ut dictũ est, nec ad locũ, a quo cœpit humor fluere, undecunq; fluat, ipsum redire facis, nec a patiẽte particula fluentẽ humorẽ, tanq̃ molestũ, odiosum, atq; damnosum fugas, et abigis, Immo ab oĩ corporis parte tũ superiori, tũ inferiori, tum a sana illi opposita humorẽ trahis, Cognoscas itaq; mi Curti positũ pticulæ patientis, & fluentẽ humorẽ ad contrariã partẽ sanã trahas, undecunq; fluat, & tunc a parte læsa fugabis damnosum humorem, qđ est Medici medentis propositum primum, & incorruptam, & perpetuam seruabis Hippocratis, & Galeni placiti ueritatem, cum dixerunt, retractio fit ad contrarium.

¶ *Secũdo rñdes, qđ diuersio fit ad longissima, cũ hoc tñ, qđ diuertatur materia fluẽs, mõ Phlebotomia facta in Saphena est tã ad longissima, qđ nihil diuertit de materia, q̃ est in uena Cœle, q̃ fluit ad Apostema.*

¶ *Hæc tua rñsio pluribus modis peccat, In primis. n. si tibi cõstare uis, nõ turbat Gale. decreta, q nũq̃, ut asseris, mẽtionẽ fecit Saphenæ, Sed potius Principẽ taxat, cũ dixit nos festinare ad phlebotomandum illã, Sed in nostra hac disputatione nõ est in Arabis propositum primũ.*

¶ *Peccat iterũ hæc rõ tua, cũ longissimã diuersionẽ uoces eãm uenæ ĩcisionẽ, quæ Saphena est, in dolore Pleuritico, nã, si in eodem fiat latere, ut fuit Principis præceptum, non uideo distantiã esse nisi secundũ unã diametrum, & etiã in completã, quem etiam modum, quandoq; natura obseruat, cum indicat Hepatis Apostema per fluxum sanguinis narium ex dextra nare, & cõmode, & apte facit, licet etiã sit ponẽda maior distantia a regione, in qua positum est Hepar, quæ est infima ad regionem, in qua nares ponuntur, quæ est suprema, inter quas ponitur media, & difficilius sit naturæ sanguinẽ ad superiora mouere, q̃ arti a superioribus ad inferiora attrahere. Neq; etiam inuentus fuit unquam Galenus, qui distantiam per unam diametrum carperet, & infamaret, Sed eam, quæ est secundum duas, ut sæpe dictum est, cũ non sit secundũ rectitudinem patientis partis.*

¶ *Est & tertio hæc rõ tibi molesta, nam, si phlebotomiã cõcedis diuersiuã ad tantã distãtiã, in quãta possit fieri fluẽtis humoris diuersio, cur negabis eam, quæ est a dextris ad sinistrum? Et maxime cum Galenus*

ea usus fuerit in Apostemate crurum, Tu quoq; supra affirmabas fieri posse diuersionē talem, qñ sola intenditur diuersio, Concedebas quoq; plus trahere a dextris Phlebotomiā factā in dextris, q̄ eā quae i sinistris, Tu autē ab usus esses cōparatione, nisi ea, quae est in sinistris, attraheret a dextris, Et, si hoc, cur fieri igitur nō possit? Et, si Galenus cōcessit Phlebotomiā Basilicae trahere in cōtrariū, Apostemate existēte in Matrice, & Cephalicā a capite, cur & Basilica dextra nō attrahet a sinistra, & ecōtrario? Profecto mi Curti haec rō pluribus modis te angit, et torquet, Nec credas Principē tacere, & tibi manus dare, qđ ob id negāda sit Phlebotomia Saphenae, qñ incipit Aegrotus a morbo Pleuritico infestari, quia lōgissima sit, & nō trahat materiā fluentē, tuebitur enī se praeceptoris sui placitis, qui diuersiuā Phlebotomiā factā secundū rectitudinē patientis lateris, & per unā diametrū laudauit, & faciendā esse monuit, atq; praecepit, & scriptus reliquit, Et qđ phlebotomia, in quocūq; loco fiat, ab ea parte, in qua fit, euacuat, & ab omni corporis particula attrahit. Cui ēt motui suffragatur naturalis motus humoris, qui sua grauitate descendit, Plura itaq;, et letalia uulnera patitur haec secunda responsio, Ad tertiam accedamus.

¶ Dicis, qđ illud dictū intelligitur, qñ intendimus tantū diuertere, Et hoc est in cura praeseruatiua, quia qñ incipit Apostema (praecipue dolorosum) intentio est nō solū diuertere, sed educere ex loco laeso, & hoc fieri nō pōt per Phlebotomiā factā ad longissima, & iō hanc sniam, qđ fit diuersio facienda ad longissima, quā ponit Hippo. in libro de natura humana nouiter impresso cū cōmento, Galenus exponit eā nō esse intelligendā, cū incipit fieri Apostema, sed in cura p̄seruatiua. Et subdis, qđ ēt colligitur in textu de phlebotomia, doctrina secunda summae. ij. capite. y. & . xiii. Therapeuticae loco supra alleg. postq̄ dixit diuersionē esse faciendā ad longissima, subiungit, qđ dixi, patet in tractatu de tuēda ualetudine, et in tractatu de phlebotomia, et de medicinis purgantibus, Haec tu.

¶ Quanto plures responsiones das mi Curti huic rōni, quā Herculē no minaui, tanto uideris faulius a placitis Sapientū deuiare, Sed (oro te) a proposito non discedamus, In quo quaerimus an in Costali morbo cōpetat diuersio, nō dico longissima, sed tanta, quanta est ab humero ad humerum, a dextro ad sinistrū, & econtrario, Tu dicis longissimā cōuenire, qñ medicus intendit solum diuertere, Sed, si cum hac propositū habeat educēdi, & euacuādi a loco laeso, non pōt hoc fieri p phlebotomiam

botomiā factā ad longissima, Quid autē p longissimā diuersionē intelligas, & ad quātā distantiā contrariā fieri debeat Phlebotomia, non declaras, Ego uero sapientū præcepta mente reuoluens asserā illā esse, quæ secundū duas fiat diametros, quā Galenus in ægritudinibus insinuauit timens uirtutis dissolutionē, An uero hæc cōueniat sanis, paratis & cōsuetis in ægritudines cadere, non est præsentis laboris hoc discutere, In eo uero diuersionis genere a sapientibus cōprobato eā uoco longissimā, quæ per unā fit diametrū cōpletā, Sed eo sermo redeat, unde ortū habuit, Cur nō approbas uenæ inasionē in parte sana in ea oppositione, quæ est a dextro ad sinistrū, & ecōtrario; Dicis, qa talis diuersio fit eo mō, qn̄ sola intēditur diuersio, Sed in Pleuritico morbo requiritur nō solū diuersio, sed euacuatio a loco læso, Icirco in parte læsa, & non in sana fieri debet Phlebotomia, Sed mi Curti nōne cōcessisti Phlebotomiā Cephalicæ dextræ, oculo dextro patiēte, esse Phlebotomiā diuersiuā, & deriuatiuā; & tñ Phlebotomia ista non est simpliciter in parte læsa, quæ est superior ad locū uenæ incisæ, Dices tu, est in parte læsa, qa in dextra, optime dicis, & ob id saluatur rō deriuationis, Sed non saluatur ratio diuersionis, si ibi nulla esset cōtrarietas, Et icirco cōcesso, quod ibi fit non sola diuersio, sed etiā deriuatio, tñ ad saluādā rationē diuersionis oportet, quod cadat oppositio aliqua, quod in modo tuo Phlebotomandi in Pleuritide non obseruetur.

¶ Quæro etiā a te Curti, quādo Galenus, Apostemate existente in crure dextro, fecit Phlebotomiā in sinistro, fecit ne diuersiuā tantū, an diuersiuā, & deriuatiuā; Nō diuersiuā tantū, qa hæc p te in opere fit p̄seruatiuo, & quādo Apostema non incipit fieri, & talis etiā p te fit ad longissima, Sed, si diuersiuā tantū intendebat, ut coactus es a ueritate confiteri, cur in Pleuritico morbo idē facere non debemus, in quo nullā assignamus oppositionē, nisi eā, quæ est secūdū dextrū, & sinistrum, qualis est in eo genere Apostematis crurū; Quod si diuersiuā, & euacuatiuā intendebat, sicut in Phlebotomia Cephalicæ dextræ oculo dextro patiēte, quare hoc idē nō obseruas in Pleuritico phlebotomādo in parte sana, nō pte læsa, ut fecit Galenus, & fiet diuersio, & euacuatio.

¶ Cur etiā mi Curti non es naturæ æmulus, quæ cum indicat Hepatis Apostema per fluxū sanguinis nariū ex parte dextra, uno, eodēq; tempore diuersionē facit, & euacuationē, nec ipsi obstat oppositio secundū superius, & inferius; Dices tu, timeo multiplicare Phlebotomias, cum hoc minime sit necessariū, uidelicet facere diuersiuā in opposito loco, &

deriuatiuam ex eodem, Oro, ne timeas Curti, Galenus enim libello de Phlebotomia.ii.summa, capite.vii.dixit, Quicunq; secundum Pharyngem, & Arteriam, phlegmonant ualde, in principio quidem, quae secundum cubitum, Phlebotomia, post eam uero, quae ab ipsa lingua, auxiliatur multum, incisis ambabus, quae sub ipsa, uenis. Haec Galenus, qui non utitur prima, ut deriuatiua, sed ut antispastica, & diuersiua, Phlebotomia autem uenarum sub lingua uere deriuatiua est, nec uno die fiunt, sed interpositis diebus, ut diximus, Non enim credendum est in eodem die Apostema currere per omnia sua tempora uniuersalia, & ideo non totam intentionē, quae duplex est, diuersio, & deriuatio, uno die expleri, Sed prima in principio, secunda in statu, Seruat igitur incorruptam, & perpetuam ueritatem propositio illa, Retractio fieri debet ad longissima, nec quod a te additur, ubi scilicet sola intenditur diuersio, tuae opinioni quicq̄ patrocinatur, De his hactenus,

¶ Quod uero ulterius scribis, illud dictum, diuersio fit ad longissima, intelligi, & ueritatem habere in cura praeseruatiua, & non, quando incipit Apostema, hoc (inquam) falsum mihi apparet, Nā Galenus.xiii. Therapeuticae citato loco eam aliter intelligere uidetur, Ibi enim secu rasse fatetur quosdam, quibus oculi tentari Phlegmone coeperant, sola purgatione per aluum, & addit, quamobrem, si quis in Iocinere, cum Phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit Phlegmonem, & adducens causam subiunxit, Siquidem longissime a tentata fluxiōe parte auellere, nequaquam ad eam trahere conuenit, In hoc loco patet diuersionem, quam mandauit esse faciendam ad longissima, fuisse, quando iam Phlegmone incepit, & usui mandari iussit paulo infra, cum dixit, Illud enim patere (uel me tacente) arbitror, eum, cui crura Phlegmone laborant, non esse uel ambulatione, uel cursu excitādum, Sed nec stare illi iubendum, immo sedenti plurimum fricari, mox manuum motu excitari, illi satius est. At, si cui in supernis partibus coeperit pars aliqua Phlegmone tentari, huic motus ex ambulatione, aut cursu est salutaris, Et causam assignans dixit, Quippe praeceptum in contrarium auersionis in omnibus talibus commune est, Quis est, qui dubitet diuersionem hanc esse ad longissima? & eam praecepisse Plegmone incipiente. Sed paulo post dicit, sed ad partes, q̄ maxime longinquae sunt, auersionē facies, aestimata Phlegmōes magnitudine, tū corporis totius statu, Quomō igitur proloquiū illud nō uerificatur, q̄n incipit Apostema, si fieri illud dicat, aestimata magnitudine Phlegmones?

¶ Cum

¶ Cum uero adducis Hippocratis autoritatem, qui in suo libro de humana natura nouiter impresso cum commento Galeni dicit, qđ diuersio fieri debet ad longissima, concedimus, At, cum dicis, qđ Galenus in cõmento asserit illam propositionem Hippocratis non esse intelligendã, cum incipit fieri Apostema, sed in cura praeseruatiua, hoc audacter negamus, non enim inuenies Galenum hoc dicentem, Sed, qđ Galenus in commento dicit, est, Quod cum Hippocrates non definierit, utrum, dolentibus iam membris, uelit longe retractionem fieri fluentium humorum, an tempore sanitatis, in hoc posset quis Hippocratẽ accusare, Sed in quibus fuerit Hippocratis mens, declarat dicens, Mihi quidẽ uidetur magis de sanis dictum esse, & causam huius indicij adducens, dixit, Volente scriptore propter haec assuescere in alias particulas ferri abundantes humores, haec Galenus, Ex quibus nõ habetur, qđ propositio Hippocratis non uerificetur, quando incipit Apostema. Quinimmo a Galeno habetur, qđ retractio ex eadem fit uena in homine sano, consueto pati in aliqua parte corporis, ex qua fit, quando in illa parte incipit pati, hoc enim manifestum est legenti librum de Phlebotomia summa.ii.capite.vii.cum inquit, In quibus autem corporibus ulla nõdum patitur particula, praeuenimus euacuare, uere immitente, In his siquidem assuetis hominibus, aegritudinibus capi febrilibus, hora aestatis, euacuare abundantiam eorum affectamus, omnis pars in ablationem sanguinis aeque praetiabilis est, id est aeque honore digna, quemadmodum deinde & si Artheticus fuerit quis, omnibus articulis patiens, postea subsequitur, Quibus uero aliqua particula praecipue molestatur, non praeeuacuatis, non oportet facere euacutionem aeque pretiabilem ex omnibus particulis, sed, sicut incipientibus iam pati & dat exẽplum dicens, Quocirca Podagricos quidem a cubito oportet euacuare, Epilepticos uero, & Scotomaticos a cruribus magis, Ecce igitur, quod Galenus docet, qđ ex eadẽ uena retractionem facias in sano, cõsueto pati in aliqua particula corporis, & in eo, in quo iam talis particula incipit pati, Et hoc profecto est ueritas, qđ illa propositio, Diuersio fit ad longissima, & in sanis, & in his, in quibus incipit Apostema, habet ueritatem, ut supra fusius in aegrotare incipientibus Galeni exempla manifestarunt, Et ob id, qđ tã in sanis, q̃ in aegris uerificatur, qđ diuersio fit ad longissima, Galenus citauit eam in libro praeseruatiuo, & de tuenda ualetudine, & in libro curatiuo, ut.xiii. Therapeuticae, & ob id etiã dicit in tali cõmento, qđ quis posset accusare Hippocratem, qđ

non definiuit, utrum, dolentibus iam membris, uelit longe retractionẽ fieri fluentium humorum, an tempore sanitatis, & ipse Galenus soluẽs hanc dubitationem uoluit, quod, licet tam de sanis, quam de ægris sit uerũ, quod diuersio fit ad longissima, tamen Hippocrates intellexit sermonem suum in sanis, & adducens causam ex dictis in casu Hippocratis dixit, quia uoluit Scriptor Hippocrates, quod propter talẽ diuersionem ad longissima, humores abundantes assuescant ferri in alias particulas, dicebat.n. Hippocrates, Sic enim magna mutatio repente non fiet, consuetumq; mutabis, ne amplius illic coeat, Hæc Hippocrates, Patet igitur qđ, cum in ægrotare incipientibus nõ faciamus diuersionem, ut humor ille consuescat ferri ad alias particulas, sed ut inhibeatur ꝑ tunc augmentum Apostematis, idcirco dictum Hippocratis debet uerificari, & accipi, pro sanis, & non pro ægrotis, licet etiam in ægrotis, cũ sit diuersio fieri debeat ad longissima, considerata magnitudine Phlegmones, & totius corporis statu, ut supra ex Galeno. xiii. Therapeuticæ fuit inductum. In cæteris autem rationibus contra te inductis non immorabor, cum in manutenenda opinione Galeni, & cõmuniter practicantium numerus ternarius uirorum illustrium Achillis, Hectoris, & Herculis sufficientissimus sit. Hæc itaq; sint, quæ ad mentem Græcorum scribere placuit.

¶ Nunc uero iam tempus est receptui canere, quod libẽtissime exequar, ne librum potius, q̃ epistolam scribere aggressus uidear, si pauca admodum in opinione Arabum dixerim, ne etiam ipsi dissoni, & minime cõformes præceptoribus suis, & alieni uideantur ab eo quod sapiẽtissimi, & uetustissimi Medici scriptis reliquerunt. Ais tu Rasim uoluisse, in Pleuritico morbo, ut plurimum eueniente, faciendam esse phlebotomiã ex eodem latere, In corpore autem multo sanguine repleto, quod ut in paucioribus reperitur, phlebotomia prius fiat ex opposito, deinde ex eodem, & inquis, qđ Saphenæ non meminit, ut Princeps, quia de deriuatiua tantũ, & non detractiua intendebat, & subdis, qđ Rasis uisus est Galeno dissentire, quando phlebotomiam retractiuam ex oposito latere præcepit Rasis, Galeno hoc negante, forte quia opinatus est Galenus, qđ per phlebotomiam ex opposito latere dissoluitur uirtus sine iuuamento, uel non euacuatur humor in loco læso cõtentus, cui Rasis respondebit (ut inquis) minime timere uirtutis dissolutionem, quãdo corpus multo sanguine repletum sit. Nec est mihi curæ, dicet Rasis, si duæ fiunt uenæ incisiones, interpositis diebus in tali, quale est sanguineum

corpus, In hoc enim uirtus multa conseruatur, Sed in costali morbo a Cholera uis Rasim uoluisse missionem sanguinis fieri ex eodem latere, & asseris, qd' huic opinioni subscripsit Princeps, præterq̃ qd' Princeps Saphenæ meminit, Hæc (inquam) nũ Curti menti meæ non sunt omnia consentanea, placet ualde, quod dicis, Rasim, cum scripsit, qd' in pleuritide ut plurimum eueniente, & a Cholera, fit phlebotomia ex eodẽ latere, intellexisse de deriuatiua, & non de diuersiua, Sed Rasim solũ a Galeno differre, quia Galenus nunquã diuersiuam ex opposito præcepit, quod Rasis in sanguinea fieri iussit, ergo, cum ex eodem latere præcipiunt, ambo de deriuatiua intelligunt, & hæc est ueritas, quem intellectum si uerbis Hippocratis in .ii. re. acu. & Galeni in libro præsertim de phlebotomia accõmodasses, ueritas ubiq; manifesta esset. Sit igitur sentẽtia tua ubiq; una, eademq;, ac dicas Hippocratẽ, Galenũ, Rasim, & Principem, cum de Phlebotomia loquuntur ex eodem latere esse faciendam, eam intellexisse, quæ deriuatiua est, quæ cum sit medela eius humoris, qui fluxit, non, nisi tempore status, fieri potest. Remouenda est itaq; a conclusione tua, qd' hæc in principio conueniat, si deriuatiua intelligitur tantum, ut est mera ueritas, quæ nullam patitur difficultatem, Ideo nec Hippocrates, nec Galenus eam posuerunt particulam.

¶ Quod uero asseris Galenum timere uirtutis dissolutionem in faciendo Phlebotomiam ex opposito, cum diuersionem facit, hoc repugnat Galeni decretis, qui semper diuersionem ad contrarium præcipit, quod minime scriptis reliquisset, si periculum esset incurrendi uirtutis dissolutionem, Nec ipse usui mandasset, cum Phlebotomiam fecerit in crure sano, altero patiente, nec operi naturæ cõsonat, quæ ab infima regione, in qua est Hepar, per narem dextram in supremo positam recte, & cõmode iudicium facit, Nec etiam cõmunis Medicorum schola id, qd' scribis, comprobat, cum, omnium consensu, in Phlebotomando Græci audaciores habeãtur, q̃ Arabes, Sed, quod dixit se timere Galenus de dissolutione uirtutis, absq; hoc, qd' passionem leuet, intellexit de Phlebotomia facta per oppositam partem, & non secundum rectitudinem patiẽtis particulæ, ut ĩ Apostemate Hepatis fluxus sanguinis factus per narẽ sinistram, quia fit p duas diametros, & hoc est, quod Galenus de Phlebotomia libro summa .ii. capite .iiii. infamauit, & non, quando diuersio fit per unam diametrum, quia etiam hoc natura faciens commode facit, ut diximus, cuius artifex libentissime est æmulus.

¶ Quod uero Rasis in diuisionibus proprio capite dixit in cura Pleuritidis a Cholera, et cura eius est Phlebotomia, sed ex latere doloris de Basilica, non posuit Rasis dictionem, Sed, aduersatiuam, ut contrarietur ei, quod dictum fuerat de Phlebotomia diuersiua in opposita parte facienda, Nam ipse in lib. vii. ad Almansorem capite. xi. expressit modum faciendi Phlebotomiam in Apostematibus calidis, & dixit, Cum in aliqua corporis parte exoritur Apostema, cuius tactus calidus sentitur, eius cura a Phlebotomia est incipienda, ut, si in parte (uidelicet) fuerit dextra, in sinistra de uena mediana fiat Phlebotomia, Et ecõuerso, si in sinistra, in dextra Phlebotomia est facienda, Phlebotomia tamen ex uena Basilica, aut mediana est faciẽda, Haec Rasis, & ex illis quae in capite sequuntur, patet quod sermo etiam est de calido Cholerico, quum Erysipelatis meminit, At aduersatiuam dictionem, Sed, posuit, ut aduersaretur audaciae phlebotomantium, nam, ubi Sãguis peccat solus, audacter est phlebotomandũ, ubi uero alii humores cum Sanguine consideratius est procedendum, Et sic obseruatur placitum Galeni. iiii. de tuenda ualetudine, cum dixit, Nam, quoniam alii prius, q̃ ad exactum Sanguinem nutrimẽtum peruenit, ueluti semicocti sunt, alij prorsus incocti, crudiq;, alii paulo absunt a sanguinis forma, Rursus alij sanguinis faciendi, siue (ut ita dicam) sanguificationis, ueluti ultima pars, qui utiq; excessu caloris proueniunt, quorum alii paululum uel citra sanguinem restitum, uel ultra processum est, audacter mittendus sanguis est, ubi plus, consideratius agẽdum, ubi plurimum, in his nullus omnino mittendus est, haec Galenus, Rasis itaq; in corpore, ubi sanguis peccat, expressit diuersiuam phlebotomiam ex opposito, quia audacter phlebotomari potest, Vbi uero peccat Cholera cũ sanguine, nõ negatur diuersio per oppositum, Sed Rasis aduersatur audaciae Medicorum phlebotomantium, cum in hoc genere reuerẽtius Medicus procedere debeat. Patet itaq; in omni Pleuritico morbo ut plurimum eueniente, cum ob sanguinem superantem, uel ob Choleram cum sanguine mistam fiat, fieri debere in principio diuersiuam phlebotomiam ex opposito latere, magis quidem audacter in sanguineo, consideratius in Cholerico, Patet etiam, qđ in omni Pleuritico morbo, corpore existente pleno, fieri debet phlebotomia diuersiua ex opposito latere in principio, cum, ut plurimum, fiat uel sanguine superante, uel Cholerico sanguine, et hoc uerum est, siue aegritudines Pleuriticae, ut plurimum eueniant cum plenitudine, uel siue, quod semper, corpore existente pleno

fieri

fieri dedet ex opposito Phlebotomia, & quod quando Rasis praecepit Phlebotomiam ex eodem tu dicis (& sic est ueritas) quod intellexit de deriuatiua, & non de diuersiua, & patet, quod hanc eandem intentionem habuerũt Hippocrates, & Galenus, quando scriptis reliquerunt, in Pleuritide esse phlebotomandum ex eodem latere, ut de simili fiat simile iudicium, cum etiam ueritati omnia consonent, Et, cum tu hunc intellectum habueris, concordiam facies inter Graecos, et Arabas uniuersalem, & afferes idem, quod communis practicantium, & legẽtium schola usui mandat, & docet, Quam concordiam firmare & tibi & omnibus placeat, ut dicere possim. Congratulamini mihi, quia inueni Gemmam, quam perdideram, Et, ualeant omnes, qui inter nos diffidium querunt. Atq; si aliqua fuerint hic a me perperam dicta, corrigas oro, si recte, hilari uultu ab amico excipias. Me ames, & Doctoribus, Auditoribusq; Patauinis me plurimum commendes, Vale. Ex Vrbe. vi. Idus Maii. M.D.XXVI. CLEMENTE. VII. sapientissimo, optimoq; dominante.

¶ *Expectate Iuuenes, quod reliquum est, in iugulanda hac in medicina Lutherana haeresi, nouum meum opusculum, in quo Petro Brissot, Manardo, & Curtio satisfaciam, bene Valete.*

¶ Impressum Bononiae per Haeredes Hieronymi de Benedictis, die primo mense Februarij.
M. D. XXXIII.



RATISSIMI Discipuli officiũ esse arbitror Beatissime pater, quæ Illustres medici communi hominũ utilitati publice sunt professi, aut nõ sine maximis eorum laboribus in nostrũ communem usum scriptis reliquerũt omni conatu á canillamentis, & maledicẽtium nugis strenue defendere, & eorum latratus, ac maledicta nullo timore propulsare. Quo factum est ut cum Mattheus Curtius nostro seculo uir famigeratus contra communem practicantium medicorum scholam in pleuritico morbo alienum medendi modum in præclarissimo Gymnasio Patauino non sine maxima hominum iactura inuulgauerit, mihi etiam placuerit certare secũ, & hanc in arte medica lutheranam sectã penitus extirpare, quod mea ad ipsum Epistola satis me fecisse arbitror, In qua loci incidendæ uenæ in costali morbo communem medicorum opinionem placitis Hippocratis & Galeni conuenire clareſdemonstraui, Et rationes eius uel cauilla potius penitus é medio substuli, Licet inde Curtius (ut fama est) opinionibus suis delectatus, quæ eius intellectum sic obstruunt, ut alia (licet uera) minime intelligere possit, replicare studuerit. Et si ne minimũ quidem satisfecerit. Fũdamenta enim quæ nos Galeni satis conformia esse diximus, suo in robore firma & ualida nobis reliquit, Inuictissimas etiã & minime solubiles rationes quibus opinio communis se firmam & cõstantem facit, quasq; Curtius contra se adduxit in suo etiam robore firmas, & minime instabiles dimisit, responsiones suas uanas, futiles, inanes, ac in operę medicinæ nullam utilitatem pre se ferentes, ostendentes & re ipsa etiam luce clarius demonstrabimus quantum non solũ Curtius, sed Ioannes etiam Manardus, necnon Petrus Brissot uir profecto mira doctrina præditus, Qui primus inter nouissimos hanc erexit opinionem, á ueritate deflexerint. Nũc uero alius contra ipsum Curtium mihi instat labor, cui (ut uideor) datum est has Curtij nouas opiniões iugulare, ut de ipso facile dici possit, semp Curtius aliquid noui affert, Sed illud esse monstrum nemo non scit, Odus enim de odis patauinus uir multæ eruditionis præceptori suo addictus aliam de cœnæ laudibus & prandij execrationẽ opinionem, non minus Sanctitati tuæ permutio/

ſam (ut puto) in lucem edidit. Affirmatque Curtium primum, & cui medica facultas (proh ſcelus hominis & blaſphemia) non minus debet quam Galeno, tanquam ab inferis ad uitam reuocaſſe. Miror non minus Curtij cupiditatem q̃ Auerrois in contradicendo patribus ſuis. Cum laudare æquum ſit eos, qui explanauerunt quæ recte ab alijs ſunt dicta; & quod ſi quid omiſſum eſt, id ſuppleuerint, cum fieri non poſſit, ut idem incipiat, & perficiat, quin potius ipſe Curtius culpandus eſt, qui adeo eſt delicatus, ut nihil diſcere ſubſtineat eorum, quæ commode dicta ſunt, Et qui adeo eſt ambitioſus, ut ſtudio nouorum dogmatum ſemper aliquid aſtute texat, & cauilletur. partem callide oppugnet, omnes generoſos medicos ſupergredi ſe putans quaſi illis plus ſapiat, opinionis eorum non meminerit. Verum tot tantisq; non aſſentiri uiris, ſed plus ſe ſapere, quam illos putare ſine inuidia eſto. Sed cum nos docere uoluerit quæ ipſe tenebat, ſibi prorſus nominibus pro rebus uti erat opus. In quorum uſu claritas quaſi meta ſpectanda erat. Nam qui ſic nominare quæq; ſtudet, ut qui diſcit, clariſſime intelligat, tunc optimus præceptor erit. Quod ſi de nomine cœnæ & prandij deq; hora cœnæ apud antiquos conſuluiſſet ſapientes, non in tot incidiſſet incommoda, ſed quæ modo nos dicemus, propoſuiſſet. Quinq; ſunt apud nos cibationum nomina, quorum declarationes præponendæ ſunt á nobis Galenum imitantibus, qui cum de aliqua re diſputationem facturus erat, Nominis multiplicis ſignificationis ambiguitatem imprimiis tollebat. & inquo ſignificato ſermo eius futurus erat luce clarius declarabat, Quod ſi Curtius feciſſet, non facile de cœna & prandio pronuntiaſſet, quæ poſtea Odus in lucem edidit. Nos igitur Galeni doctrinæ æmuli cœnæ uocabulum prius diſtinguentes, quam ſignificantiam admittat quæſtio propoſita, declarabimus. Ientaculum igitur, quod primum horum eſt, cibus & potus dicitur matutino tempore ſumptus antequam homines opera aggrediantur prandium ſiue prandiculum quidam nominant, quod á uino mero & non lymphato græci nomen ſumpſere, quod ſicut in prãdio, merenda, cœna, commeſſatione dilutius ita in aurora meracius bibere & ſalubre putatur, & uſu receptum eſt. Prandium uero cibus dicitur, qui ante meridiem ſumitur græco uocabulo ab edendo dictum quaſi commune ſit uocabulum omni cibationi. Merẽda dictus eſt cibus, qui ante cœnam fit. Cœnam ueteres eam dicebant, quam nũc prandium dicimus, & quam nunc cœnam dicimus ueſpernam uocaue-

re. Vltima

re. Vltima uero est commessatio, qui est cibus, qui post cœnam sumitur, qui maxime apud Vitellium imperatorem in usu fuit, & licet multa alia circa hæc dici possint, uolo tamen quoad nostro proposito deseruiant hæc sufficere. si tamen prius aliqua de hora cœnæ prælibabimus, Cœna apud antiquos Romanos inclinante in occasum sole primo fieri solebat, dum. s. patresfamilias in agris colendis uersabantur, quæ hora est ab ipso opere recedendi, unde & apud græcos dictum uolunt quod pausam laboribus faciat, adeo ut ad ipsos dies festos nihil addidisse diu uideantur, nisi ut solito citius aliquantulum ad cœnam irent. Similiter si ad nuptias ab amicis uocati essent, quod quidem & Iuuenalis innuere uidetur cum ait. Moris erat quondam festis seruare diebus Et natalitium cognatis ponere lardum. Accedente noua, si quam dabat hostia, carne, Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atq; Castrorum imperijs, & dictatoris honore Functus, ad has epulas solito maturius ibat Erectum domito referens á monte ligonem. Postea uero quam in urbem omnes immigrauerunt, quod ante Varronis tempora contigisse satis constat, Quandoquidem de hac re conqueritur in libris de re rustica, exercitaq; á colendo agro in forum transiuerunt, Mane salutationibus, postea iudicijs clientibusq; uacantes, exercitijsq; usq; in meridiem occupati, tribus horis ante solis occasum cœnas incipiebant, quam horam nonam uocitabant, quæ apud nos uigesima prima semper est. Romani enim imparibus utebantur horis de quibus Palladius & Aldus in præfatione de re rustica. Huius nonæ horæ meminit Cicero in epistolis libro nono cum dixit. Accubueram hora nona. & Horatius in epistolis. Si cœnas hodie mecum, ut libet, ergo ad nonã uenies. & Martialis ad Euphemum, in quo exercitia urbis per horas distinguit in hunc modũ, Prima salutãtes &c. Subdit, imperat extructos frãgere nona thoros. horam et nonã Iuuenalis intellexit cum dixit. exul ab octaua marius bibit. i. post octauã, quod est hora nona. Ostendere enim uoluit, Mariũ licet exulem Romano tñ more uitã ducere, & Homerus in odissea inquit, qñ ẽ cõsilio uir cœnæ ad fercula surgit. Atq; fori lites diiudicat ordine multas. Pomeridianũ tempus intelligit horam scilicet nonam. hanc intellexit Maro cum dixit, Nunc eadem labente die conuiuia quærit, hoc est ea hora qua Romani cœnare cõsueuerũt, & Horatius in odis inquit inclinare meridiẽ sentis, quasi hora iam appareret parãdæ cœnæ. Gregorius ẽt Pont. ĩ illud Lucæ, hõ qdã fecit cœnã magnã, pbãs idẽ eẽ cũ illo Mathæi ecce prãdiũ meũ paraui, ita inqt.

Quod uero per illum cœna, per hunc prandium dicitur, nequaquam nostræ obsistit intelligentiæ, quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoq; prandium cœna uocabatur. hunc etiam morem Pont. Christiani imitantes in diebus ieiunio cōsecratis non prius quàm hora nona, cibum capiendum decreuerunt. Quod liquido. S. Thomas his uerbis manifestauit. Ieiunium ordinatur in deletionem culpæ, & cohibitionem. unde oportet quod aliquid addat supra communem consuetudinem, ita tamen quod per hoc non multum natura grauetur, est autem communis consuetudo comedendi hominibus circa horam sextam, tum quia iam uidetur esse cōpleta digestio nocturno tempore, naturali calore interius reuocato propter frigus noctis circunstans & diffusio humoris per membra cooperante ad hoc calore diei usq; ad summum solis ascensum, tum etiam quia tunc præcipue natura corporis humani indiget iuuari contra exteriorem aeris calorem, ne humores interius adurantur, & ideo ut ieiunans aliquam afflictionem sentiat pro culpæ satisfactione conueniēs hora comedendi taxatur ieiunantibus circa horam nonam. Conuenit etiam ista hora mysterio passionis Christi, quæ completa fuit hora nona, hæc Tho. In euangelio etiam scriptum est, & tenebræ factæ sunt ab hora sexta usq; ad horam nonam. i. à meridie, usq; ad tres horas post meridiem, quam esse horam uigesimam primā diximus, horis nō æquinoctialibus acceptis, sed imparibus, ut apud antiquos Romanos moris erat. Hanc etiam horam nonam in ieiunio confirmauit Reuerendissimus Card. Gaietanus, & huic opinioni calamo subscripsit. His igitur clarissime patet cœnam Romanorum diurnam hora nona fuisse idest. xxi. quod facile indicat semel tantum ad saturitatē Romanos ueteres in die cibo usos esse. Non enim existimandum est bis in die potuisse sumi, si hora nona erat hora cœnæ, sed eos ientasse. facile concedo, quod cum Cornelius celsus mente sua euolueret huiusmodi morem taxans libro primo suæ artis medicæ eo capite, in quo cauet, quæ sanos facere conueniat, in hūc modum scripsit. Bis die potius, q̄ semel cibum capere, & semper quam plurimum dummodo conquoquat. Aurea quidem sententia, cui ratio patrocinatur. Qui enim cibi portionē naturæ adimit, quam facile conquoquere poterat, alimentum ei summouet, quo diutius in uita permanere posset, hoc uero medicum sapientem facere decet non cibi portiunculam subtrahere, & uitæ longitudini derogare, neq; totum unica cibatione in naturæ onus subministrare.

re. hanc etiam Romanorum cœnandi horam retulit Galenus, & usui mandauit, cum in libro de tuenda ualetudine historiam narrat. in qua quid diebus illis, quibus lauabatur, se fecisse dicit. Nam cum spem haberet balneum futurum esse hora tarda propter infirmorum occupationes, in mane solum panem comedebat. cœnabat autem hora. x. diuiso die in. xiii. horas æquinoctiales, quæ erat. xxi. hora. Eūdem etiam morē græcos sequutos fuisse cuiuis facile patet ex his, quæ supra narrata sunt. Nos autem, qui bis ad saturitatem cibum sumimus cælsum sequentes, de cœna sermonem facimus non diurna Romanorum, sed uesperna & nocturna, & hanc intelligunt Arabes omnes, & medicorum iuniores, huius etiam meminit Haliabbas libro primo praticæ ca. yii. cū dixit cœna hoc uitium habet, quod rheuma prouocat, quod in diurna accidere non potest. hallucinatus est itaq; Curtius cum Auicennam in capite de epilepsia oppositum atq; Galeno contrariū esse autumat, qui in consilio de morbo comitiali cuidam dari præcepit tertiam partem panis in mane & prandio & duas tertias in cœna. de ea enim cœna intellexit Galenus, quæ diurna est, non nocturna, & quæ ægritudinibus capitis ab humore dependentibus minime nocet, & quæ temporibus illis in consuetudine erat. At cum Auicenna duas tertias in mane & tertiam in cœna dari iussit, cœnam præcepit nocturnam, atq; uespernam, ex qua portiunculam cibi demere est salubrius, quia copiosa noctis cibatio capitis materialibus dispositiōibus mirificæ nocet, licet Curtius aliter & perperam intelligat, & quod in opere medicinæ nullam affert utilitatam. hæc fuit Arabum sententia, quam recentiores sequūtur nominis cœnæ significantiam hoc modo suscipientes. Nec igitur mirū est sed sanitati potius maxime conueniens, quod Alzarauius uir consumatissimus in cura catarri calidi iubet cœnam nocturnam diminuendam esse, & in frigido summouendam, atq; prandium diminuendum. Simili modo Halya. cum dixit, cœna hoc uitium habet quod rheuma prouocat, subintulit. quod si patientes rheuma fuerint, et sint soliti cœnare. cœnent ante solis occasum, quibus in locis nocturnam cœnam copiosam capitis dispositionibus materialibus obesse testantur omnes. Nō igitur (ut Curtius asserit) litera principis corrupta est, sed potius Curtij mens, qui de principe sæpe male sentit. cum igitur theoremata in quali bet arte esse debeant assecutiua finis, non erit in scientia medicinæ reponendum id theorema, quod ad aliquid utile uitæ non conducat. Explodēda est itaq; ex medicinæ libris, & ex medicorum scholis ex sibi/

landa falsa & inutilis curtianorum opinio cum ne dum quod iuuamen tum afferat in tuenda ualetudine & curandis morbis, uerum nocu/mentum infert quámplurimum. Sed quod in Curtio maxime demiror, est quod illam irrefragabilem sententiam Galeni obliuioni mandarit, ac praesertim in tuenda sanitate tua, cum talis ac tantus sis, & toti Christiano gregi tam necessarius ac iam in prima constitutus senectu/te, in qua consuetudinem mutare tentauerit. cui ueritas et Galeni opi nio aperte in faciem reclamat cum dixit. Qui cuilibet rei insuescāt ma gna ex parte naturae suae conuenientem consuetudinem deligūt. pro/pterea quod si non conueniant, subinde laesi ipsa repudiant. aliqui ue/ro uel dulcedine ducti, uel prae nimia dementia non sentientes, se laedi in prauis consuetudinibus persistunt. uerum hi pauci sunt. Plures qui non persistunt. Quo magis rationabile est minus errare medicos, qui omnem consuetudinem seruandam censent. Quam ob rem magis ac/curate scripsit discipulus eius Odos, quam Curtius opere exequatur, cum consuetos plus prandere quám coenare in sua conclusione uniuer sali excipiendos esse iudicauit.

Plura scripturus essem, sed cum magna ex parte ad medicum spectent dicenda reseruabimus in nostra apologia, quam cōtra Curtium, cur/tianosq; in lucem edemus, simulq; medicinalem, & fini medicinae uti/lissimam Dini Florentini quaestionem de coena et prandio in publicum manifestabimus. i qua haec, quae modo diximus, tanquam proloquia, & maximas dignitates haberi uolumus. Haec tamen sanctitati tuae sufficere mihi satis esse uidentur in manifestanda Curtij falsa et ad ope ra uitae minime utili de coena & prandio opinione.

Osculatur Sanctitatis tuae pedes Beatissimos

Humillimus Ser.
Andreas turinus de Piscia.

52 · L. 224